de facto, sententia autem debeat de iure, certe si dixit sententiam contra ius litigatoris, non ualeat: quia ex eius sententia formam compromissi, contra l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arb. Et hoc Bart. exclamat. Cum ergo de iure inest, q. arbitrus non pronunciet iniuste. d. §. stari. cum gl. patet, quod expressio eius, quod inerat, inducit formam. Si enim fuisse simpliciter compromissum, & iudicasset iniuste, id est, contra ius partis, ualuerit sententia, d. §. stari. S. O. L. duplex. Prima, q. dictum Bart. sit fallum, per predicta, ut firmat But. in d. c. Quintauallis. ult. col. post Francisc. de Albergotis in d. l. si quis arbitratus. ff. de uerb. oblig. Idem Pau. de Cast. in l. si societas atatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & §. arbitroru[m] Rap. Ful. in d. §. stari. & in l. C. de arb. Elibidem uid. do. & But. in d. c. ex insinuatione. & Bal. in Alex. de Imo. c. cōsanguinei. §. eo. quia exprimitur, quod inest: & sic nō dat formā. l. iij. de leg. §. & in arbitrio inest, quod de iure pronunciet. Procederet tamen dictum Bart. in arbitratore, cuius potestas prater dicta uerba alteratur, cum posset procedere, ut bonus vir, in spe xquitate naturali. Sed Bart. loquitur in arbitrio, addens, quod dicta uerba faciunt arbitrum. Secunda sol. tenendo, quod d. predicta habeant locum, quando expressa inerant de iustitia, & sapienti instructio nem causa, tunc non inducunt formam nouam, sed potius est quadam cōmemoratio, vel admonitio: secus, quando ea, quae exprimuntur, concernunt modum procedendi: quia tunc limitantur predicta, & inducunt noua forma. Et ita intelligas Bart. in d. §. stari. Quem sic adaptat Ab. in d. c. Quintauallis. xl. col. uer. per hanc etiam potest solui. & in d. c. cum dilecta. pe. col. per illum text. optimum, ubi licet sive ordo, ut prius cognoscatur de spoliacione, quam de proprietate, non sit substantius. Vnde si periret, & non opponatur, ualeat processus, l. j. C. de ap. gl. in summa, h. q. j. Tamen si talis ordo apponitur in rescripto, videtur inducere nouam formam hominis. Et ita saluator Innoc. & Bart. quamvis And. Sic in d. c. cum dilecta. xxv. col. impugnet Bart. per rationes facilē solubiles, non adducens infra dicenda. Opinione Bart. in d. §. stari. sequitur Lud. in Rubrica ff. de arb. viij. col. Imo. in c. Quintauallis. xiiij. col. & in d. c. ex insinuatione. h. col. & in c. h. iiij. col. de empt. & uen. l. licet non firmari: & Floria. de sancto Petro in repe. d. §. arbitrorum. & ibi Salic. & Abb. in d. c. ex insinuatione. & Rapha. in d. l. C. de arb. dicens, quod in scholis tenuit cōtra Bart. quia expressio eorum, b. quā insunt, nihil operatur^b, l. non resūt. C. de fidei. Finaliter dicit, quod obtinere in practica contra Bart. eset difficultas, attento etiam, quod Ang. cum sequitur i. d. l. j. Et dicit, quod in arbitrio non est de necessitate, quod pronunciet secundum ius partis. Ergo expressio sit aliter, quam in isti. Et sic includit formam, secundū predictos. Et sequēdo op̄i. Bart. cum solutione supra dicta not. tria obstantia ad dictum Bart. subiunctis tribus nouis cōsiderationibus ipsum salvantibus. Contra Bart. arguitur primò sic: Ista uerba De iure, intelliguntur, scilicet cōnuini & positiuo. Ergo nihil operantur, quia exprimunt quod inest: gl. in d. §. stari. Probatur maior: quia uerba intelliguntur in significati potentiori, l. j. §. quā in perpetuum. ff. si ager ueritatis, uel emph. c. si quem. de sententiā excom. Et appellatio de iuris uenit ius cōmune, §. sed naturalia. Insti. de iur. nat. Secundò arguitur sic: Partes in dubio uidentur facere dispositionem secundū ius cōmune, l. si duo. ff. de acqui. hāre. Facit dictum Bart. in l. iuris iurandi. §. si liberi. ff. de bo. libe. cum suis concord. Ergo uidentur in compromesso retulisse se ad ius cōmune. Tertiò arguitur sic: Verba interpretantur in omni materia, ut minūs laedantius cōmune, quam fieri possit, l. si serui uestrī. C. de noxal. c. cūm dislectus. de cōfusione. Et intelligendo de iure communi, ualebit sententia arbitri contra ius litigatoris: alías corrigetur d. §. stari. per istud compromissum. Ergo intelligatur de iure communi. ¶ Considera tria pro solutione horum & similium. Primò, quod istud uerbum De iure, importat in proposito idem, quod iust. c. ius generale. j. dist. c. forus. §. iudex. de iverb. sig. Et sententia contra ius litigatoris, seruato ordine iuris, iusta est, c. episcopus. & §. sequen. xj. q. iij. iuncta glo. & Arch. Facit tex. cum gl. & ibi Ang. in §. exhortatos. in authen. de hāre. & Fal. Colla. J. ubi iust. fit, quod iuris ordinē fit. Vnde etiam sententia de iure lata, potest rescindi appellatione & restituitione, l. si causa cognita. ff. de tranfac. Et dicit Bald. in l. p. ff. de iust. & iur. quod si est compromissum in Tituli de iustitia & iure & iveritate, non debet recedere à iure cōmuni, vel municipali, quibus in hāre iustitiam facit. ¶ Et dicit Bald. in c. cūm uenissent, de testi. quod fit Papa mādaci iustitiam fieri, intelligitur, quod iuris est: de quo per eundem in c. in nomine Domini. de testi. & in l. nemo. C. de senten. Bonus text. in l. si creditoris. C. de fidei. ubi iverbum De iure, ponitur pro solennitate iuris. Facit c. cūm super. in fin. de offic. deleg. & glo. in c. sicut. h. q. exponēns iust. id est, secundum ordinem iuris. Ideo dicitur in l. pen. ff. de iust. & iur. quod dicitur ius reddi, etiam si decernatur contra partem. Notat glo. in c. j. per illum tex. xxiij. quāst. ff. & Ioan. And. in rubr. de reg. iur. in vj. dicens, quod sola obseruantia iuris facit sententiam appellari iustum non obstante grauamine respectu iustitiae litigatoris. Ideo dicit Bal. in c. consanguinei. §. eo. quod d. arbitrus in casu isto dicitur iudicare de iure, licet contra ius litigatoris, per d. l. p. quam etiam ad hoc allegat Paul. de Castr. in d. §. arbitrorum. ¶ Considera secundò, quod non reddendo ius parti, non dicitur seruari iustitia, uolens unicuique ius suum tribui. l. j. de iust. & iur. Et video dicit l. j. ff. de appell. intentam esse appellationem propter iustitiam factam partibus. Est ergo duplex iustitia. Una respectu solennitatis: & appellatur iustitia fori. Bald. in d. l. penult. & in d. c. consanguinei. & in d. c. in nomine. & glo. & Ang. in d. §. exhortatos. Alia uero est simplex, tribuens unicuique ius suum. Vnde eriam seruato ordine iuris, § pars iniquē laeditur, non est seruata ista. ¶ Considera tertio, quod cūm partes dixerint in compromissu, quod de iure pronunciaretur, id est, de iustitia: & est duplex iustitia, uidentur in dubio intellexisse de iustitia respectu ipsorum litigantium. Et hoc probo quatuor medijs. ¶ Primi: quia nemo præsumitur nisi iverbis superfluis, l. si quando, cum si. de leg. Et ista superfluerint, intelligendo de ordinē iudicari, propter l. j. C. de arb. & l. rem nouam. C. de iudic. Ideo intelligatur, ut est dictum, ne careant mysterio. ¶ Secundi: quia iverba debent intelligi secundum qualitatem personarum, de quibus agitur, l. plenum. §. equitū. ff. de usu & hab. Dixi in c. causam. pen. char. uer. quinta declaratio. de rescript. Facit, quod not. glo. & Doct. in l. stipulatio ista. §. hāc quoque de iverb. oblig. & Bald. in rubr. de ope. nun. faciendo differentiam, an iverba proferantur ab idiotis, vel à peritis. Facit dictum Bartol. in l. si quando. in princ. C. de inoffic. test. & in l. si nondum. C. de fur. dum dicit, interpretanda statuta secundum qualitatem statuentium: & quod ipse not. in l. si auia. C. de success. edic. & glo. in rubr. de reg. iur. in vj. in fin. Ergo uidentur partes uoluissime prouidere iuribus proprijs, non autem superflue excitare ius communē eis inseruiens. Tertiò: quia cūm dixerint de iure, uidentur etiam cogitasse de omni specie iuris tam constitutionis, quam partij. l. & an eadē. §. exceptiōes. ff. de exc. rei iud. Et ita decidit Bal. i terminis in rubr. de reg. iur. in vj. in apostol. Bal. i simili l. l. i. institutio. ff. de har. insti. ¶ Quartò per tex. in c. causam, qua, de rescri. ubi sc̄etat latet.

C A P I T U L U M X V .

Vox ad consultatio-

lata in præiudicium partis, dicitur non de iure lata. Ergo contra formam compromissi. Ex quib. remanet uera opinio Bar. Quia omnia tene menti, quia nouissima sunt, & te facient dixito monstrari. Ut ultimò ultra omnes possidera bene gl. maiore hinc, ibi: & post tempus requisitus. Et quia probat, quod est licet in prorogatione reportis operat non esse finitum tempus. Bar. & Ang. in l. iij. in prin. ff. de dam, in fe. Imol. in c. s. col. de preca. Angel. cons. ccxxix. & sufficiat momentum temporis, Bald. in c. de causis. de offic. deleg. tamen consensus iudicis, qui in hac prorogatione necessarius est, l. iij. & si iudex. ff. de iudi. potest præstari post terminum, per hanc gl. solitariam. Nec mirum: quia iste consensus uenit per uiam consensus puri, d. s. & iudex. Ergo potest sequi, c. cum uos de his, quia si a præla. Plenè Inno. & alij in c. cum consuetudinis. de constue. Item sufficeret silentium iudicis scientis de prorogatione, de offic. deleg. per c. cum olim. lo. eod. tit.

S V M M A R I V M .

- 1 Sententia conditionalis an & quando ualeat. & num. 2.
- 2 Iudex si iussit comparere tali die, & impossibile sit illa die comparere, an debeat taliter iussus altera die comparare? n. 4.
- 3 Appellans recipiens terminum, licet uideatur renunciare appellationi interposita, non tamen interponenda. num. 6. & 7.
- 4 Tempus quadrimestre datum condemnatis, an posse prorogari.
- 5 Dilatio sicut datur, an teneatur satis dare de soluendo in termino.
- 6 Debitor condemnatus si habet bona sufficientia, an posse capi in persona. n. 11.
- 7 Tempus quadrimestre non datur in certis casibus.
- 8 Appellari potest à pronunciatione iudicis de exequendo, licet non ab executione.
- 9 Aduocati canti nuncquam petunt pronunciari super executione instrumenti, ne appetetur à pronunciatione.
- 10 Appellari potest ab executione, si lata sit aliqua sententia, super qua petitur executio. n. 16. & 17.
- 11 Causa an sit inferenda in appellatione ab executione excessiva. num. 19.
- 12 Appellans a diffinitua an debeat exprimere causam, ubi est clausula, Appellatione remota.
- 13 Appellari ut posse ab executione nomine alterius, quale mandatum sufficit.
- 14 Tempus decendij datum ad appellandum, non currit citato ad audiendum sententiam & contumaci, nisi alliter fuerit sententia intinata.
- 15 Et addo duos casus hic sequentes, ad hanc conclusionem pertinentes, num. 23. & 24.
- 16 Appellasse probare non sufficit, nisi probetur appellatum fuisse intra decendum.
- 17 Appellans die decimo, debet inferere horam.
- 18 Contumax uerus auditur appellans intra decem dies, secundum ueram obseruantiam Rotæ.
- 19 Appellari potest etiam post decem dies à grauamine successivo, & quod nouiter offendente.
- 20 Statutum si dicat, quid ad prosequendam appellationem currat xi. dies post decendum ad appellandum, & si quis appellat prima die, tunc ille terminus incipit currere.
- 21 Iudicium quando agitatum est contra dominum, uel contra procuratorem, quando incipiat currere tempus ad appellandum.
- 22 Decendum datum ad appellandum, ut currat, quot requiruntur.
- 23 Appellatum si est à diffinitua, non præiudicat interlocutoria lata simul cum ea.
- 24 Appellant tempus à laudo, ut currat, requiritur, quod sit authenticum etiam.

c. quod
ad con-
sulta-
tionem.

Si probaueris, si probationes per instrumentum, vel testes fiat, statim ante quam diuertatur ad alios actus, secundum Alex. in d. s. Augerius. Si dices tu, Ista sententia est lata sine probationibus: ergo nulla: dixi in c. Inter ceteras. s. co. respondeo, quod illud est uerum in sententia, qua pure firmat pedem: sed ista est conditonalis conditione appetente probationes, nec dicitur incerta, cum per eas uerificari possit. I. ait prætor. s. j. ff. de iud. Et satis dicitur iudicatum cum cause cognitione, si processum est partibus, presentibus, uel citatis. I. in causa. s. causa cognita. ff. de mino. Et qui iudex cognovit nondum esse probatum, noluit pure cōdemnare. Et adde, qm̄ actor habet intentione fundata de iure, & reus facere post die, qua fuenterit duo p̄cepta, secundum Imol. in d. l. j. per notata in c. præterea, de dila. & in d. l. j. si quis in ius uo, ubi citatus pro die feriata, nō arctatur pro illa die, nec ullo modo: secus, si superuenit impossibilitas, per illud c. cum dilecti. Et ista uerba sequitur Alex. non tamē alle. Imol. in d. s. in traditione. & acutius insistit Ate. in d. l. impossibilis. in d. c. col. discutens, utrum citatio ad terminū impossibilem de iure & de facto resoluatur in duō p̄cepta, scilicet quod si die dicta comparere nō potest, intelligatur astrictus comparere, quam citio potest. Et considera, quod si uerum esset il lud, qd ipse uidetur firmare, licet non clarè, profecto obstatculū d. c. cum dilecti. non esset solutum in proposito nostro. Et reuera ille tex non p̄bat, quod prima pars p̄cepti esset impossibilis tempore p̄cepti. Item clarum est, quod citatio pro die, in qua de iure, uel de facto compareri nō potest, est inuiaida. Inno. in d. c. præterea, omnes in d. l. j. Ideo nō uidetur arctare ad cōparentum, quam citio comparari potest: quia tunc esset ualida, & qm̄ alii dicunt, quod citatio ad diem feriatur ualeat, & importat, qm̄ comparat die sequenti: & sic duo p̄cepta. Ista ratio est nimis grossa, fin Bal. in l. j. in princ. circa medium, uer. secundo modo. ff. de hære. institu. quia si ratio die inserita in citatione citatio reprobatur, ut in utilis: ergo non continentur. duo p̄cepta, secundum eum. Tamē plura essent in hoc dīcēda, si locus iste patetur: quia multi volunt, qm̄ in dicta citatio operetur pro die sequenti, ut no. gl. in regula, nemo p̄t. laj. uer. obligari. i. si. de reg. iur. in vj. & Bu. in c. bong. lo. i. col. de elect. & Inno. lo. An. & But. cōmutanter in c. j. de fer. Alij autem, de quibus s. alia tenent contrarium, & forte melius, per prædicta. Vnde non sine causa communiter in citationibus apponitur clausula, Et si illa dies esset feriata, compareas die sequenti. Sed quicquid sit, etiam tenendo, qm̄ absq. dicta clausula arceret pro die sequenti, responderi posset ad propositum, quod illud, quod est dictum de sententia habet conditionem impossibilem, procedit in sententia, sed in citatione secus, per prædicta, nec citatio dicitur propriè sententia, cum nihil diffiniat, ut dixi in rubrica s. eo. ¶ Seruit etiam ad hanc materiam consil. Pet. de Anc. mihi cōsili. Iudex, id est de iure iudicaturus. vj. col. ubi latè firmat, qm̄ omnis cōditio, quæ cadit in contrarium, cadit etiā in laudo arbitratoris. Est enim quidā cōtrarium, nō sententia, c. Quintauallis. de iureu. ubi quies appellatur mandatum. Potest autē cōtractus fieri sub qualibet forma, & sub cōditio tā resolutia, quā suspensus,

c. Sēpronio]

Et ibidem ad hoc post Bartol. uide omnino do. Alex. in dmo. cum concord. ibi per eum datis. & in lex factio. S. item queror. in vj. col. ff. de uulg. et pup. & in l. j. s. nunciatio in vj. col. in ueris. querit etiam to. de Imol. ff. de op. no. nūci. & Bal. in d. l. ex facto. & addit Raynal. i. l. filius familiis. S. j. & ibi uide glof. in uer. usq. de leg. j. & Gemi. in c. s. tutum. de p̄bē. in vj. col. in uer. inducit etiā. lib. vj. & Are. in c. s. gratioso. de re script. in vj. & gl. in uer. usq. de ord. ab episc. & Old. in suo const. xlix. incip. consequit dubitatio. & do. Soci. in cōfil. incip. do. Frā. ej. sōndicus. uer. querere: affirmo. cum uerfi. seq. in f. parte, charta xlvij. & Ang. in l. qui certarū. ff. de uerb. ob. ad fū

a. S. duo fratres]

hoc uoluist gl. in d. l. qui testamento. & Et ibidem ad hoc sentit Bal. in l. j. antepe. col. uer. itē claudice do. Alex. de Secundus causas est, quod conditio est impossibilis. Imol. in ix. char. & in d. s. bidū. Iudicium est, quod conditio est impossibilis, sumus in regula iuris, quod gesta contra legem sunt nulla, l. non dubium. C. de legibus. Facit l. ff. que sententia fine appellatur. Et quia per sententiam quasi contractum, l. i. s. idem scribit. ff. de pecu. Eti impossibilitas uitiat contractum, l. non solum. ff. de act. & obl. Et dispositio facta de contractu, trahitur ad quasi contractum, l. apud Iulianum. in fin. ff. ex qui. cau. in pos. ea. ¶ Obstant duo. Primum tex. in d. l. j. ff. de conditio. insti. ubi conditio impossibilis in ultimis voluntatibus non uitiat, sed uitiat & reficitur, & sententia ex quiparatur ultima voluntati, l. non est mitum. ff. de pig. ac. Et huic rationi acquiescit Lu. in l. impossibilis. de uerb. oblig. Sed responderi ibi Alex. quod illud sententia ex quiparatur potius contractui, per d. s. idem scribit. Vnde uide mus, qm̄ sententia est stricti iuris, l. &

b. Stricti iuris]

ibi Doc. C. si plu. una sen. Et sic in sententia fit stricta interpretatione, sed in ultimis voluntatibus, fit larga, c. cum dilectus. de dona. ¶ Obstat text. in c. cum Apost.

3 dilecti. uersus fi. de do. & contu. ubi t

si iudex mādat, ut compareas tali die, & hoc sit impossibile, non uitiat præceptum: imo teneris alia die comparere. Et huic objectioni acquiescit etiam Lud. in d. l. impossibilis. Respondet Imol. in d. l. j. quod illa tex. loquitur, ubi accidentaliter superuenit impossibilitas, putat circa angustiam temporis, uel uiarum discrimina, non autem circa conditionem: at

suspensiua, & emptio. Insti, de contrahen.empt. Vnde ualuit arbitramentum sub conditione resolutiua, puerum quis intra mensem dixerit se grauatum, fiat cōpromissum in arbitris nouos, ut ibi, & in consil. praecedenti. Et adde, quod sententia, qui furum fecerit, sit excōmunicatus, si furum ab homine, est conditionalis: secus, si à statuto. Bal. in c. quo ad translationē ult. col. de offi. leg. Et ista sententia hominis, Excommunicato te, si furum feceris, non trahitur retro, quātum ad uinculum: quia est potestatia. l. postor. & l. qui balneum. ff. qui po. in pig. ha. post factū sumit effectum: causam tamē formalem sumit tempore pronūciatiōnis. Et quantū ad hoc, spectamus principiū, tanquā fundamētiū: alle. not. in c. prēterea requisisti. de appell. Tu uero de hoc, an & q̄ dies conditionis extantia trahatur ad diē sententiā, distingue, ut per Imo. post Gui. i. cle. pastoralis. ix. col. uer. querit hic Gui. de re iud. & ibi Car. in prī. iij. col. uer. quaro circa hoc. Et ista sententia, Condemno te ad dandum, sicut, uel fm quod consueuerunt tui antecessores, non est conditionalis. Bal. in l. eū. qui. s. Julianus. ff. de constit. pec. Et ualer ista sententia, Pronuntiatio in terios diuorum, dōnece uero iustitia accusatori placuerit. Inno. in c. de illa. de diuor. Et ibi extollit Car. & Alex. de Neu. Et ualer ista sententia, Absolu te à iuramento, ita ut non intelligaris absolu tus, si non probaueris contractū usurarium. Bal. in c. iij. col. de iureiu. alle. l. prator. s. controvērsia. ff. de dam. infec. & l. uulg. ff. de adm. tu. Et de sententiā, si actor probauerit, ponit remisētiū. Lud. in l. admonendi. ix. col. de iureiu. Et de conditione resolutiua, q̄ uerit, uide latè Alex. post alios in Liudex. pe. col. ff. de re iud. post Bar. ibi, quē ultra Alex. extollit Abb. in proposito in c. in literis. ante med. in uer. & in tantū hoc est uerū. de off. dele. Et de sententiā, Condemno, uel absolu, prout quis ex actis uenit condemnandus, uel absoluendus, dixi in c. cūm uenerabilis. de excep. Et scias, q̄ Ang. de Are. in d. s. biduum. iij. col. conatur inducere illum tex. cōtra alios, q̄ nō ualeat sententiā sub conditione extrinseca.

a. Extrinseca] Adde Paulum de Cast. in cons. xv. incip. Pro clario ri examinatione.

b. Sententiā iniūta] Adde tu, & Inno. i. c. qui ple rig. de iniū. eccl. dixit, q̄ sententiā iniūta non obli gat in foro conscientiā e. Et idem dixit loan. An. c. qd̄ sicut, de elec. Flo. in l. cum pūtare, ff. eric. in princ. Bald. in authē. ad hoc. C. de usū. i. pe. col. in uer. item dubi tatur. Adde etiā do. Abb. in c. j. de conceps. prēben. in l. col. in uer. secundo casu, ubi dicit, quod si sententia est declaratoria, utpūt q̄ sententiā est lata pro uno, & adiu dicātū est ei be-

504

stūtex in uerbo, per interpretatiōnem, quod significat fictiōnem: & sic nō consentit uerū: & est consensus nō appellandi, non autem soluendi, uel promittendi. Idem Bald. in d. lab eo. post princ. quia h̄c deficit consensus, cūm non praesertim simul: quia uictor statim cōficiat, uictus autem post de cendit. ¶ Considera, quod etiā post descendit uictor cōsentit: & uerum est dicere etiam tunc ambos cōsentire, nō intelligas Bal. quod nō consentiūt simul, id est, facie ad faciem. Idem etiam Bal. in l. eos. s. ne temerē. in fin. C. de app. dicens, quod neq; absolvitoria, nec condemnatoria producit naturalē obligationem: quia deficit principia productiua naturalitatis. Idem Bal. in l. ex hoc iure. pe. col. ff. de iust. & iur. dicens, quod si sententia fundatur super opinione, seu prāsumptione boni & aequi, tamen ueritas est in contrarium, non oritur obligatio naturalis: secus, si uerē super bono & aequo, ut latius per eum. Cum istis concordat Bal. in l. pe. col. ff. de condi. inde. & in l. cūm quis. antepe. col. C. de iū. & fac. igno. dicens ex sententiā condemnatoria oriū solam obligationem ciuilem, cui lex dat auxiliū & fo mentū, quod contra eam nullā oritur exceptio. Et ideo Abb. in c. iij. col. uer. sed circa prēdicta. s. t. prox. fir mat, q̄ uictus per sententiā iniūtam, qua transiit in rem iudicatā, prescribit etiam contra uictorē non petē tem intra xxx. annos. Sed q̄ imo inducatur obligatio naturalis, firmat Bar. in l. Julianus uerum debitorē. xj. col. uer. quid ergo dīcendit, ff. de condi. inde. non ex cō sensu, qui, cūnū ad hoc, nihil operatur in sententiā, ut ibi per eum paulo antē in uer. mihi neutra istarum. Sed quia sententiā inducit naturalem obligationem ex aequitate iuris gentium, qua est, ut maiorib. indicantib. pareamus, c. i. de maior. & obe. cum simili. Sed ista uerba Bar. intellēguntur de quadā naturali iata: sed ue ra oriens ex cōsenſu nō inest in sententiā, cūm iudicū reddatur in iugitu. Ita Imo. in l. i. col. ff. de fidei. Et est naturalis facta, q̄ potuit appellari. Sed ubi non potuit, nulla est naturalis, fm cum. Vel, fm Salic. in d. Julianus. naturalis non oritur ex cōsenſu accōmodato prōlationi sententiā, neq; ex aequitate iuris: sed ex eo, quia prouocans ad iudicium & pronoscens uidentur cōsentire, ut causa iudicialiter agitanda terminetur per sententiā. Ex quo mutuo cōsenſu resultat quidā quasi contractus naturalem inducens: arg. l. iij. s. idem scribit, ff. de peculio. Considera: quia cōsenſerunt in iudicē, ut iudicare, nō ut sic iudicare. In simili fuit dictum in c. praecedenti. Et ideo de cōsenſu uicti non ap paret clara reiteratio. ¶ Prēterea istud non infert, q̄ sententiā inducat naturalem, sed ipse quasi cōtractus. Ideo indistinctē tene cōmūnem op. quia sicut absolvitoria iniūta non tollit naturalem, d. l. Julianus. ita condemnatoria iniūta eā non inducit: ex quo sequuntur magi effectus, prācipue respectu conscientiā, ut traditur in c. quis. pleriq. de immuni. eccl. Vbi uero sententiā est iniūta, prāsupponit naturalem inesse ex ipsa materia causante sententiā. Ideo sententiā eam non germet. Dixit tamen Ludo. in repe. l. j. in fin. ff. de condi. inde. q̄ si partes exp̄r̄e approbaret sententiā, bene oriretur naturalis uera: alia transit cū cōmūni. Et hac nota: q̄ clariss. nō inuenies. ¶ Adde, quā dixi in c. cūm inter. in princ. s. eo. ¶ Propter difficultatē huius tex. in uer. taliter. & in uer. & quia ab initio, redditur dubium Inno. dīctum h̄c, satī tritū, ad limitationem l. ad solutionē. C. de re iud. dū dixit, q̄ recipiens terminū, sicut uideatur renunciare appellatiōni interpolatiōni, nō in interponenda. Et sequitur dictum Bar. in d. lab eo. Símile est, quod dixit Inno. in c. accēdētibus. post princ. de priu. Cum istis cōcordat Bal. h̄c per

petierit, sed simpliciter receperit non contradicēns. Et hoc dictum Inno. sequitur etiam Imo. in l. iij. s. si quis condēmnat. ff. de re iudicē. & But. Abb. Imo. & Domi. in c. gratum. de offic. deleg. & Lud. in rub. de arbī. xxvij. col. uer. subsequenter quaro. & Flor. in d. l. ad solutionē. Et idem not. Hostien. in c. significauerunt. de testi, quem sequitur ibi Abb. in fin. post loan. An. & alios. Et dicit Card. uersus fin. quod hoc est nota. dignum. Est uerum, quod Ang. de Aret. in l. cūm ex causa. i. col. ff. de appell. reprobat Inno. h̄c, secutus gloss. in d. l. ad solutionē. quia non potest dari ratio differentiæ: nec plus debet posse operari tempus datum ad appellandum, quām ipsa appellatio. Imo. à pari iudicantur: gl. in l. j. in princ. ff. nō. app. pen. & in l. furti. ff. de infā. Vnde sicut per actum contrārium renunciatur ipsi appellatiōni interposita, d. c. gratum, ita temporū dato ad appellandum. Tamen sequere Inn. cuius opin. est communis, ut etiam per Phil. in c. dilectio. x. col. de app. ¶ Limita † primō, dum modō, ut dixi, recipiat terminū ad mandatum iudicis: secus, si spontē petatur: quia tunc renunciari pertinet etiam appellatiōni interpolantiā, secundum prādictos. Et idem not. Abb. in c. sollicitudinem. ad fin. de appell. & Domi. in c. fin. s. j. de app. in vj. ubi tamen consoluit, quod etiam recipiens simpliciter terminū, protestetur, quod sit saluum ius appellatū, super quo uult deliberare. Et hanc limitationem tenent etiam Doct. statim allegandi. ¶ Limita † secundō & fortiter, nisi ille, qui simpliciter recipiat terminū, ut obediat, habeat ex talis receptione expedire actum executiū condēnationis: putā ad soluendum id, in quo est cōdemnatus: quia renunciari appellatiōni etiam futura. Ita Domi. in d. c. gratum. & But. & Abb. h̄c, & Rota post loan. de Lig. de renunc. s. j. in nouis: & Abb. in d. s. sollicitudinem. Nic. Myl. in repertorio. fol. iij. in fin. Contrarium tenent hic Imo. per istum text. in uer. taliter, ubi prāsupponit, quod ante x. dies iste potuisse appellare, & tamen accep tauerit terminū ad se purgādū: quod propriè respiciebat executionem sententiā. Et est uerum, quod ista inducīo possit evitari, ut h̄c per Ab. in v. col. dum dat intellectū ad istum text. quod fuerit unica sententiā, & quod imo Papa in isto uer. non sentiat istum potuisse appellare, tamen opin. Imo. sequitur diligenter Aret. in d. c. significauerunt. iij. col. probans, non impunitari huic acceptanti terminū: secus, si petiūt. Inducit inter alia c. suborta. j. eo. & ibi Doc. ubi qui iudicat inter duos super re pertinenti ad ipsū, non prāiudicat sibi: quia hoc facit ex necessitate officij: ita iste coactus parēre iudicē, quo usq; appellabit, non uidetur furi suo renunciare, sed uelle interim delibera, appellādū sit, an non. Facit dictum Bartol. in l. j. s. hoc interdictum. ff. quod ui. aut clām. ubi dicit, quod si ex forma statuti cōtra instrumentum nulla potest opponi exceptio, potest soluens postea repetere per contradictionem indebit: quia non uidetur renunciās iuri suo, ex quo cogebatur prācīsē soluere: & probat in c. debitores, de iurei. Facit ab arbitrī. cum si. de offic. deleg. ubi succurrunt facienti actū ex necessitate. Non obſt. iste text. ibi, sponte ab initio. ubi acceptatio termini dicitur actus spontaneus. Ergo debet operari idem, quod operatur terminus à parte petitus. Quia responderet Aret. dupliciter. Pri mō, quod in ista acceptatione sunt duo: Vnum ipsa acceptatio termini: aliud acceptatio brevioris termini. Primum fuit necessarium, ex quo lata fuit sententiā: secundum nō erat necessarium, quia poterat dicere pars, terminus est nimis brevis, c. de dila. Et ideo solū illo respectu terminus dicitur sponte receptus. Secundō responderet, quod līcet dicitur receptus sponte aliquo respectu, quia pars appellando poterat evitare hanc assignationem termini, tamen non dicitur ita spontaneus actus, sicut si pars peteret ultra terminū à iudice: quia hoc ultimo casu actus est spontaneus absolutē: in pri-

mo est necessarius inspecto statu prāfenti, ante quām quis appelleret: sed spontaneus propter facultatem appellandi, quam habuit ille, prius quām assignaret terminus, & prius quām acceptaret. Non est ergo distinguendum inter actū executiū sententiā, & alium actū: sed utrum quis petat terminū, uel recipiat: & sic ad mandatum iudicis, an sponte, secundum ipsum. Sed certē negari non potest, quin iste text. ibi, & qui ab initio. & ibi, nō audietur appellans. fortiter urgeat contra Inno. & sequaces, quod imo recipiens sponte terminum in actu executiū grauaminis, uideat renunciare appellatiōni interpolantiā, tanq; faciens actū spontaneum: & ita importantē cōfessum ultroneum, sicut si petiūt terminū: & in illo, qui petiūt, non habet locum dictum Inno. ut in l. i. limita. Ergo nec in isto. Nō dicas, prout aliqui s. allegati, quod uerū Sponte, denotet istum cōdemnatum petiūt hunc breviore terminū: quia ista stant simul, quod aliud sit petere, & aliud datum recipere sponte, & tamen receptio interpretatur spontanea, attento prāfenti statu. Nam eo ipso, quod uerbis acceptat, semper uidetur sponte acceptare. Vnde nō sine causa propter istum text. multū se intrat Inno. h̄c. Nec dicas, quod text. non negat, quin potuerit appellare intra decem dies, à sententiā lata secundo loco in ciuili, sed q̄ non potuit appellari à breuitate temporis sponte recepti: quia per hoc non saluare Inno. & sequaces uolentes simpliciter, quod acceptans terminū adhuc possit appellare. Sed uideretur dicendum, quod aliud sit recipere ab cōdītione sub solo silendo. Et ita loquatur uer. taliter. Aliud sponte. Et si loquatur uer. & qui ab initio. Et hoc modo limitabitur Inno. non solum in petente terminū, ubi s. in l. i. limitatione, sed etiam in acceptante non simpliciter, sed sponte, id est, uoluntariē & approbatuē: quo casu uidetur renunciare appellatiōni interpolantiā. Et saluatibus ista secunda limitatio, ut habeat locum in eo, qui exp̄r̄e appobat assignationē termini, quamuis non petiti: sed impugnations facta ad ipsam procedant, quando semper assignatur ei terminus, cui nō contradicit. Et ad istum text. in princ. in uer. xx. dies sine contradictione recipiēs iuncto uer. taliter. ubi innuitur, quod iste recipiens terminū poterat appellare post receptionem intra decendum. Respondebitur, ut h̄c per Abb. in uer. si uero intelligimus, post Bu. h̄c, dando intellectū, quod iste text. ponat unam tantum fuisse sententiā: & quod imo Papa in isto uer. non sentiat istum potuisse appellare, tamen opin. Imo. sequitur diligenter Aret. in d. c. significauerunt. iij. col. probans, non impunitari huic acceptanti terminū: secus, si petiūt. Inducit inter alia c. suborta. j. eo. & ibi Doc. ubi qui iudicat inter duos super re pertinenti ad ipsū, non prāiudicat sibi: quia hoc facit ex necessitate officij: ita iste coactus parēre iudicē, quo usq; appellabit, non uidetur furi suo renunciare, sed uelle interim delibera, appellādū sit, an non. Facit dictum Bartol. in l. j. s. hoc interdictum. ff. quod ui. aut clām. ubi dicit, quod si ex forma statuti cōtra instrumentum nulla potest opponi exceptio, potest soluens postea repetere per contradictionem indebit: quia non uidetur renunciās iuri suo, ex quo cogebatur prācīsē soluere: & probat in c. debitores, de iurei. Facit ab arbitrī. cum si. de offic. deleg. ubi succurrunt facienti actū ex necessitate. Non obſt. iste text. ibi, sponte ab initio. ubi acceptatio termini dicitur actus spontaneus. Ergo debet operari idem, quod operatur terminus à parte petitus. Quia responderet Aret. dupliciter. Pri mō, quod in ista acceptatione sunt duo: Vnum ipsa acceptatio termini: aliud acceptatio brevioris termini. Primum fuit necessarium, ex quo lata fuit sententiā: secundum nō erat necessarium, quia poterat dicere pars, terminus est nimis brevis, c. de dila. Et ideo solū illo respectu terminus dicitur sponte receptus. Secundō responderet, quod līcet dicitur receptus sponte aliquo respectu, quia pars appellando poterat evitare hanc assignationem termini, tamen non dicitur ita spontaneus actus, sicut si pars peteret ultra terminū à iudice: quia hoc ultimo casu actus est spontaneus absolutē: in pri-

obseruare,cùm nō sit sūpensa per appellationem.But. post Imol.in c.olim.lo iij.iij.col.de resti.spo. maximē, si protestetur se appellationi non renunciare:& quia timent, an excommunicatio teneat, eam in dubio obseruat. Et idem Imol.ibi in not. Et ubi excommunicatus nullum actum facit, sed tollerat simpliciter excommunicationem, protestatio non est de essentia:secus, ubi facit actum positivum obediendo, ut ibi per Abb. in iij.col. ¶ Limita etiam text. in d.l.ad solutionem, dum modō dilatio fuerit ex certa scientia: secus, si per errorem.Bald.& Salic.ibi, per l. sed & si quis. §.fin. cum ibi not. ff. si quis cau. Et ad illam legem addet etiam not. dictū Ro.de resti.spo.xij.in antiquior.ubi dicitur, quod si spoliatus dat terminum spoliatori ad restituendum fructus rei restituta, potest spoliator agere postea petitorio, licet dicit spoliatus. Nō sum plenē restitutus. Mōuetur per d.l.ad solutionem, quia dando terminum uidetur renunciare illi exceptioni. Addet etiam ad d.l.ad solutionem, quod etiam si non dominus, sed eius procurator perfid dilationem, censetur renunciatum appellacioni in præjudicium domini, secundum Aegi. decisi. cxxxvij.procurator. De comparente autem coram iudice ad quem, an & quando uideatur renunciare appellationi interposita, dixi per plures fallentias in c.gratuit. de offic. deleg. in c. cùm uenisset, de testi. Et per hæc poteris apostillare apostillantes d.l.ad solutionem. ¶ Quadrimestre, de t quo hīc, potest prorogari etiam sine causa, licet non arctari sine causa, & gravatus ex hoc potest appellare.Abb.hīc. Addet Ang. in l.debitoribus. ff. de re iudic. & lac. de Belui. in §.i.in authent. de exhib. re. Collat. V. Facit gloss. in c. querenti. de offic. deleg. in uerbo, quadrimestre, ibi, alias non debet arctari a contrario sensu. Dic contrā, secundum Paul. de Cast. & Alex. in l.iij. §. si quis condamnatus. ff. de re iudic. quia prorogatio & coarctatio aequiparantur in proposito, l. §. ff. co. tit. Pro hoc: quia ubi disponitur contra regulas iuris in causa fallentia, debet exprimi causa illius fallentia, l. §. in fin. cum gloss. & ibi Bart. ff. de in ius uoc. Vnde gloss. in d. §. si quis. intelligitur, ubi iudex in prorogatione expressit causam, qua quāmis non sit iusta, tenet prorogatio, si non appellatur. Ita Alex. ibi, dicens, non posse aliter saluari Abb. hīc. ¶ Habens t istud quadrimestre, & omnem aliam dilationem legis causa miserationis, tenetur facit dare de soluendo in termino. Abb. hīc eleganter. Et sequitur simpliciter Franc. de Aret. in l. ita stipulatus. xxx.vij.col.uer. & at. tente. de uerb. obl. Addet text. in l. si cōstante. §. quoties. ff. fol. mat. Et limita, secundum Ang. & Imol. ibi, & Imol. in l. iij. in prin. eod. sit. hoc esse uerum in dilatione concessa à lege causa miserationis ad soluendum: secus in alia dilatione, quæ inest obligationi, uel ex conuentione, uel naturā contractus: quæ quomodo differant, late ponit Bart. in d.l. ita stipulatus. penul. chart. ibi, quid dicemus. de uerb. obl. Nam in illis satisfatur causa cognita, scilicet superueniente iusta causa suspicionis, alias non, l. in omnibus. ff. de iudic. iuncta l. si creditores. ff. de priu. cred. Et licet Alexand. in d. §. quoties. in lect. antiqua, reprobat hanc limitationem, tamen in additionibus nouis sequitur eam, respondens dupliciter iuribus antea alleg. quæ in uoce referam. Primo ex doctrina Bald. in l. uniuersa. C. de preci. imper. offe. ubi dixit, quod habens à lege dilationem, non debet cauere, uel facit dare, nisi in causibus à iure expressis. Et si erunt in illis iuribus. Secundò respondetur, quod aut uolens ut legatione legali, est suspectus, & causa cognita præstet cautionem cum fideiassore, d.l. in omnibus. Aut non est suspectus, & sufficit simpliciter cautione nuda, secundum Cy. in l. ad fin. C. ut in pos. leg. Et probatur in l. diuortio. §. interdū. in princ. ff. fol. mat. Et generaliter, quando habens dilationem teneatur facit dare, uide latè Bald. in d.l. uniuersa. & omnino Ang. in d.l. in omnibus. Dicit Bald. in d. si debito-

509 De sententia & re iudicata.

510 c. quod

in d. §. in uenditione. Et dicit Bal. in l. i. C. si uen. pīg. aga. ad consul

tationē,

quod si nuncius retulit esse tantum in bonis debitoris,

& erat plus, iste error discussonis non

uitat. Dic contrā, secundum Imol. in

d. §. in uenditione, per illum text. iun-

cta. l. non dubium. C. de legi. Pro quo

facit: quia, secundum Alex. ibi non est

uerum, quod ordo illius §. respiciat fa-

uorem partis condemnata. Utilius e-

nim est si executionem prius fieri

in nominibus debitori, quā in bo-

nis mobilibus, l. magis puto. §. ne pa-

sim. ibi, quærere. ff. de reb. eorum. Et ui-

detur potius d. §. posuisse formam. Br-

go commissio executionis, tanquam

habens in se expessum errorem iuris,

est nulla. sicut de citatione dicit glos-

in c. uen. de accus. & Inno. in c. pra-

terea, de dilat. cum concord. Et ultra

cum adduco: quia text. in d. §. in uen-

ditione. ibi, quod si nulla, loquitur cō-

ditionaliter. Ergo dat formam. Bald.

in authen. matri & auia. iij.col. C. quan-

do mu. tut. off. fungi pot. dicens, quod

in ij. parte, chart. xij.

¶ Est nulla] Ad-

de do. Soc. in con-

silio clvij. incip.

vis in processu

sententij, & con-

silijs. uer. secu-

daratio est, quia

in ij. parte, chart.

xij.

1. si debitorij. Et ibidem uide ad hoc omnino do. locupletem, hoc non præcipiet. Si autem est suspectus de fuga, der fideiul. forem, aut subeat carcerem, secundū eum. Et circa dictos decem dies dan- dos debitori confessio, uide omnino Firma, in report. in uerbo, debitor si uens. in v. col. in uer. debitor confessio. Et quod not. Aret. in l. ita stipulatus. ponens, quod si iudex uidet confusum posse tunc soluere, non debet ei assignare terminum. Alleg. gloss. & Bald. ibi, & Bald. & Moder. in d. §. quoties. Vtrum autem quadrimestre, de quo hīc, faciat, quod interim non currat annus, de quo in authent. hoc amplius. C. de fideiul. uide Bald. ibi in ff. col. uer. sed ego quarto. ¶ Non t deuenitur ad capturam habentis sufficientia bona: gloss. trita in l. iij. §. tuores. ff. de suspect. tut. Abb. hīc limitando mate- riaria. Illam gloss. sequuntur Bart. & Bald. ibi, & in l. i. C. qui bon. ced. poss. & Bart. & Ang. in l. nemo carcerem. C. de exaq. trib. lib. x. præter quām in casu illius legis. Illam gloss. sequitur etiam Bald. in l. etiam. vj. col. uer. sed nunquid abbatista. C. de exec. rei iudic. & in l. i. in fin. C. de iuris & fact. ignor. & in l. ordo. ult. col. C. de exec. rei iudic. & in l. fin. ff. de in ius uoc. & Ang. in l. debitoribus. perrationem illius text. ff. de re iudic. & Bald. in addi- Spec. in tit. de exec. sententia. in princ. & Imol. in c. Odoardus. in v. col. uer. & aduerte, quatenus dictum est. de sol. & Paul. de Cast. in l. iij. ad fin. §. ff. de re iudic. licet t subdat, quod per statuta prouidetur, quod etiam ha- bens bona poscit capi, nisi eis cedat, ut etiam dicit Ab. hīc, & in c. lator. in princ. de pigno. Illam gloss. approbat etiam Alex. consil. milii ccxcix. Circa primum dubium. in fin. & pulchri Lud. consil. ccxlj. Spectabilis domini. iij. col. uer. & dicitur autem secundū. Et respon- det ad l. i. C. qui bon. ced. poss. dicens, condemnatos, ni- si boni cesserint, detruendos in carcerem: quia sup- plet ex sententia dicta gloss. scilicet facta prius bonorum excusione. Et ita etiam responderet ad gloss. in au- thent. de fideiul. §. quod autem, uer. sed hæc quidem: in uer. cedere. Collat. j. Ad hæc uide etiam Bald. in l. con- sentaneum. vj. col. uer. quārō unā cum But. C. quomo- do & quando iud. Dixit tamen Imol. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudic. quod si uere solum bona, uel Codicis, estet falsa gloss. in d. §. tuores. per d. l. cum gl. C. qui bon. ced. poss. ubi habens bona subiit carcerem, nisi eis cedat. Sed saluat illam gloss. de iure nouo, per text. in §. quod autem, in authent. de fideiul. ubi credi- tor cogit recipere in solutum bona, quæ sunt de me- moribus bonis debitoris. Sed Salic. in l. & cum filij. C. qui bon. ced. poss. ubi habens bona subiit carcerem, nisi eis cedat. Et probatur in l. diuortio. §. interdū. in princ. ff. fol. mat. Et generaliter, quando habens dilationem teneatur facit dare, uide latè Bald. in d.l. uniuersa. & omni- no Ang. in d.l. in omnibus. Dicit Bald. in d. si debito-

Felin. iij. pars.

In l. ab execu-

tionē] Et ibidem

ad hoc uide do.

Alex. de Imol. &

adde Bal. i Marg.

in uer. appella-

tio. uer. xxv. & in

Panor. hīc in ix.

col. cum iij. seq. et

paul. de Cast. in

consil. xxv. & in

consil. cccxxv.

Quidam

14 Quidam petijt, quod t̄ cauti aduocati nunquam pertinet pronunciari super executione instrumenti, ne appetetur à pronunciatione: sed petunt realiter execuqui. Cum istis concordat Sal. in d. l. ab executione, quia re possunt cōpetere nouæ defensiones, & etiam antiquæ, quæ possunt aliquid post sententiam opponi, iuxta l. j. cum ibi not. C. de iuris & fac. ignor. dum modò taliter pronuncians sit iudex: secus, si merus executor: cuius sententia nulla est, quia cognitionem non habet, ut dixi s. eod. c. de cætero. Idem sentit Bald. in d. l. ab executione, uer. oppono. Ab executorre non appellatur, quando est merus: quia non habet de aliquo cognoscere: secus, si erat mixtus. In contrarium, quod imo à dicta pronunciatione non appetetur, est decisio Spec. & loan. And. in tit. de exec. sententia s. pen. uer. sed, secundum eum, cūm queritur, quia dareret processus in infinitum, & quia sententia de exequendo est pars executionis: ergo ab ea appellari non potest. Idem Cyn. in d. l. ab executione, quia est potius quædā declaratio sententie. Idem Raph. Cuma. in d. l. ab executione, dicens, h̄c esse tantum illud speciale, quod est in dictum per illum l. & per d. l. ab executione. uidelicet ut à sententia executionis appellari nō possit, cūm alijs semper ab executione possit appellari. Idem

a *Idem Bart.* **[a]** Bart. post Odoff. in d. l. ab executione. Et ita consuluit Mar. de Sen. col. xlviij. In ciuitate Lucana. per ea, quæ pro ista parte adducta sunt, licet de adductis in contrarium nihil dicat. Addit ultra ipsum gloss. in terminis in d. l. si in exceptione, s. h̄c autem a quo. in uerbo, datam, ad fin. ibi, quia cūm sit executio persona, non debet appellari. Pro qua adducit ibi Angel. rationem: quia qua ratione regulariter non appellatur ab executione, uidelicet quia non plus grauat, quā sententia in principali, eadem nec ab ista. Idem loan. And. solenniter in addi. Spec. tit. de app. s. in quibus. uer. quinto facit, quod not. Bald. in Spec. de sentent. uer. an pronunciatione, dicens, quod pronunciatio de exequendo est executio, licet non mera. Hanc partem tenet etiam Flor. in d. l. ab executione. Et dicit Bald. in d. s. h̄c autem, quod quando due sententiae sic se habent, quod secunda est executio primæ, si non potest appellari à prima, nec à secunda. Non obſt. ratio Sal. de qua s. quod possint competere nouæ exceptiones: quia responderet Ang. de Aret. tenens hanc partem post Ang. & Iml. in d. l. ab executione. quod illud non negatur, quod in ipsa executione opponere non possit exceptiones, qua possint opponi in executione: sed tam non poterit appellare, iuxta l. à diuino Pio. s. in uen. ditione. & s. si super rebus. ff. de iud. Et dicit Ang. Aret. se uideat hanc partem sibi seruari in practica. Pro qua etiam consuluit Alex. consil. mis. ccxxxvij. Vtis processibus. ff. col. dicens, hanc esse communem op̄i. **¶** Limi-
15 ta primæ, dum t̄ modò super eo, super quo petitur execu-
tio, lata sit aliqua sententia: secus, si nulla: putà, in instrumentis publicis, super quorū executione pronun-
ciatur: quia appellari poterit. Sal. in d. l. ab executione.
16 & Lud. in d. l. v. de uerb. oblig. **¶** Limita t̄ secundò, dum modò ista pronunciatione contineat solum illud grauamen, quod continebat prima: uel quod ex ipsa erat inferendum: secus, ubi ex ista inferretur grauamen nouū: putà, taxatio excessens modum: quia poterit appellari ab ipsa pronunciatione. Ang. pulchritè in d. s. h̄c autem actio, dicens ita practicari de mente. Inn. in c. super eo. de do. & contu. Vult dicere: qd̄ met. cau. dum ad fin. posuit ibi de iniusta taxatione. Et ideo si succumbis semel, bis, & ter, super eodem, si sententia tertia infert grauamen nouum, uel illatum per primam, uel secundam,

potes à tertia appellare, nec dicetur tertia appellatio respectu illius additi grauamenti. Et ita dicit se fecisse iudicari in facto. Et hanc limitationem sentit etiam Spec. in d. uer. sed secundum eum. & loan. An. in d. uer. v. & Abb. h̄c in uer. perperam & iniuste. **¶** Limita t̄ tertio, nisi pronunciatione de exequendo fiat intra tempus, intra quod poterat appellari à prima sententia: quia tūc sicut potest appellari à prima, ita à secunda. Ang. in d. l. ab executione. & ibi Iml. & clariss. Angel. de Aret. arg. gloss. in d. s. hac autem. Et ita possunt salutari gloss. primò allegata, secundum eos. Quibus adde, quod istud uidetur implicare contradictionem: quia si sententia de exequendo est executio, ut dictum est, non debet fieri intra decendium, l. furti. s. j. ff. de infâ. Ita pungit Bald. in l. h̄c autem. An autem in casu istarum limitationum debet appellari exprimere causam, dicitur paulo pōst ueris. oportet exprimere. Dum tractat Abb. ad quem appellabitur, signa illud uerbi, quod eo casu, quo per modum appellationis non posset conqueri de iniqua executione, tamen potest quādōq̄ implorari officium ipsius iudicis exequenti: quia hoc extollit Angel. de Aret. in d. l. ab executione, antepen. col. dicens, hoc esse regulare, quod quoties deficit aliquid remedium ordinariū, ut est appellatio, l. j. in princ. ff. de app. à quum est subuenienti agenti: & implorari potest officium iudicis misericorditer. gloss. in rub. ff. de interrog. act. & per eundem Ang. Insti. de act. in princ. & s. præterea, quod officium subuenient contra iniquitatem, l. planē. & l. fi. & utrobicq̄ Bart. Bald. & Ang. ff. de peti. h̄c, cum suis concord. Et feruenterista practica, quando ipse iudex exequitur, ut in dictis locis. An autem possit appellari à iudice dictum officium denegare, dixi latè in c. exceptio. nem. de except. **¶** Oportet t̄ exprimere causam in appellatione ab executione excessiva. Abb. h̄c post But. quia est interlocutoria, uel habens uim interlocutoria. Alle. Bart. in d. l. ab executione. & not. Bald. in d. l. ab executione. Et debet nominatim exprimere grauamen, non in genere, ut postea subdit Abb. h̄c ad fin. Sed contraria, imo est interlocutoria habens uim diffinitiuæ. Ang. latè in l. v. in princ. de uerb. oblig. Ergo non uideatur necessaria expressio causa. Bald. in l. minoribus. C. de his, quibus ut indi. Card. in cle. appellanti. in fin. de appell. cum concord. quia regulariter, ut diffinitiuæ, ut dixi s. in rubr. iij. col. Lud. consil. xli. fatetur contrarium, sed dicit fallere in ista, quæ licet habeat uim diffinitiuæ, tamen requirit expressionem causa & modi excessus. Pro hoc facit, quod not. Ro. de appell. xlv. in nouis, dicens, quod de excessu executionis in dubio non presumitur, nisi doceatur. Et quod iudex datus super cognitione excessus non statim inhibet: pro hoc etiam facit: quia est presumptio contra appellantem propter au- thoritatem rei iudic. Vnde etiam si esset propriæ diffinitiuæ, isto casu debet exprimi causa in appellatione, c. cūm speciali. s. porro. & ibi not. j. tit. prox. & not. in c. Romana. s. si autem, de appell. in vj. ubi est gloss. reaumpta per Phil. in d. s. porro. v. col. uer. ex prædictis not. quod licet cum istis concord. Abb. in c. cūm super. j. col. j. eo. per illum text. in simili, ubi quando textus appellat pro suo interesse, debet exprimere causam: quia est materia, in qua regulariter non appellatur. Not. Bart. in l. à sententia. ff. de appell. Ad idem, quod not. Abb. in c. iij. ad fin. j. tit. prox. dicens idem de appellante à correctione excessiva. Et ista ratio corroborabit etiam paulo infra, in uer. nihilo minus. Et hanc partem tenet etiam loan. de Ana. d. consil. xxvj. In causa nobilium, in princ. firmans, quod eo casu, quo potest appellari, dicens ita practicari de mente. Inn. in c. super eo. de do. & contu. Vult dicere: qd̄ met. cau. dum ad fin. posuit ibi de iniusta taxatione. Et ideo si succumbis semel, bis, & ter, super eodem, si sententia tertia infert grauamen nouum, uel illatum per primam, uel secundam,

late

514 c. quod
fin. ubi dicit formaliter, quod quando appellatur in causa bus à iure prohibitis, & aliquando specialiter permis-
sas, necessaria est expressio causa. Alleg. Innoc. in d. c. pa-
storale. Et ideo confutuit, quod in appellatione à no-
torio debet exprimere causa, cūm regulariter in eo sit pro-
hibita appellatione, c. cūm speciali. s. porro. de appell. in
vij. Et cum istis concordant etiam alij, de quibus altâs.
¶ Non obſt. arg. factum in contrarium de precepto de
residendo: quia concedo presuppositum & maiorem
argumenti, sed negatur minor. Nam quicquid dixerit
Abb. antiqu. in d. c. peruenit. dicendum est, quod in ap-
pellatione à sententia interlocutoria habente uim dif-
finitiuæ, est exprimenda causa: sicut si appellaretur ab
interlocutoria mera; & quantum ad hoc, non regulatur
ut diffinitiuæ, quando per ipsam non finitur iurisdi-
ctio iudicis: nam exprimendo causam posset esse, quod
iudex ea uisa reuocaret sententiam, ut potest in interlo-
cutoria, per c. cūm cessante, de appell. Et iurisdictio non
finitur per preceptum de residendo. Ideo cūm sit reuocabile, non regulatur, quo ad hoc, ut appellatio à diffi-
nituæ, prout declarat aperte Abb. in d. c. peruenit. pen.
col. uer. sed si talis interlocutoria, subdens, quod ubi es-
si interlocutoria habens uim diffinitiuæ, per quam fi-
nitur iurisdictio, tunc non est necessaria expressio
causa, ex quo non potest reuocari, c. significantibus, de
offic. dele. Et appellans potest consequi iusticiam cor-
ram iudicem ad quem, & in proposito nostro sententia
de exequendo non facit finire iurisdictionem iudicis.
Ergo necessaria est expressio causa. An autem sit ue-
rum, quod dicit Abb. de interlocutoria finiente iurisdi-
ctionem, tangam in frâ. Nec dicit text. in d. c. peruenit,
quod ille appellans à precepto de residendo, non ex-
pressisset causam, sed uidebat appellasse causa fru-
stratio dilationis. Vnde possibile est, quod expresse-
E Francia. ¶ Matrimonium consensu contrahitur, licet consuetudo patria non serueretur. H. D. Primo ponit casum: secundum do. Iac. de Z. quod ratione matrimonij laici efficiuntur de iudicio ecclesie, siue sint nobiles, ut hic, siue reges; c. non est, j. eod. & c. per uenerabilem, j. qui filii sint legit. ¶ Sed utilius peristum text. in ferri potest, quod laicus potest interesse in concilio generali pro petenda iusticia. Ita ponderat domi. Ab. in disputatione sua, qua incipit, Episcopus & quidam rector, in tertio dubio principali, cuius dicta realsumit domi. Petr. de Monte non nominato in quadam sua monarchia, qua incipit, Sæpen numero inter doctissimos, in xvij. col. quamuis, ut mihi uidetur, iste tex. non probet hoc de necessitate: tamen puto dictum eorum esse uerum in se. ¶ Sed de hoc tamen, quando laici admittantur, & quando non, prosequere, ut ibi latissime per eos: & plimo. in c. uestra. s. de loca. & in c. fi. de offic. deleg. & per gloss. in c. Adrianus. el. j. in uerbo, militantur, xj. distin. per Imo. latissime in c. graue. s. de praebend. per Domi. in c. decernimus. per illum tex. xvij. di-

stinct. per Archid. in c. quædam. xvj. distinct. per gloss. Ioan. Andr. & do. Ant. in c. fin. s. de his, que si. à prælat. Et cōmuniter tenetur his casibus, quibus laici admittantur ad concilium, non habet uocem decisum. ¶ Secundo not. secundum do. Abb. iuncta gloss. j. & s. quod appellatio legis comprehenditur consuetudo: nam consuetudo est quædam lex, l. de quibus. ff. de legi. & c. consuetudo, j. distinct. Adde glo. in uersic. tit. in l. præscriptione. C. si contra ius, uel util. pub. Per quem refer ibi Pau. de Castr. quod habens aliquid expedire de uite, potest illud expedire secundum consuetudinem. Facit text. in l. j. C. quemad. testa. ape. ibi, secundum leges, mores & locorum. ¶ Facit singulariter dictum Bald. in l. constitutionis. C. de bo. que liber. ubi dicit, quod si patre date dotem maritus promittit in omnem casum restituenda dotis de iure communis adueniente casu, uidelicet mortua uxore remanentibus filijs, seruabitur opinio Martini seruata de consuetudine in l. dos. à patre. C. solut. matrim. licet in contrarsum sit rigor iuris & subtilitas, ut latè per Bartol. in l. illam. C. de colla. & in l. post dotem. ff. solut. matr. Et dicit Bald. q. hoc forsitan uidebitur nouum, ut ibi per eum. ¶ Ad idem facit, quod not. Bald. latè in l. unica, in xvij. col. C. de confess. maxime dum dicit in uer. * ¶ Quinto dico, quod si in inquisitione dicitur aliquem delinquisse contra formam iuris, non erit inepta inquisitio, si illud est ueritum, l. municipali ciuili: putat in prohibitione extrahendibilium. ¶ Vnde dicit Bald. in extrauag. de pa. Constan. in uerbo, mos Romanorum, in ix. col. quod consuetudo in loco potest appellari ius commune. ¶ Etoptimè adduci possunt no. eleganter per Ludo. Roman. in l. post dotem. in xxij. col. ff. solut. matrim. ubi refert se plures consuistisse, quod si est compromissum in arbitrum, ut pronunciet de iure, poterit pronunciare secundum statuta: in quo tamen ipse fuit uarius. Et ideo de hoc, & de prædictis dic, ut latè per eum in rubrica. ff. de arbit. in repe. in viij. col. & uide text. sing. coniuncta glo. c. j. s. ut lit. pendit. & do. Abb. in proemio Clement. & cundem latissime in rub. s. de consuet. per Bartol. in l. illa institutio. ff. de hære. instit. per do. Anto. in c. Quinque uallis. ad fin. de iure iur. per Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de arbit. s. excipitur. in addit. incip. Guido de Suza. & per Ange. in disputat. incip. duo ad iniucem litigantes. Et uidentur prædicta limitanda forte, nisi ratio subiecta materia inducat præsumptionem, quod loquens potius cogitauerit de ipso iure communis, per id quod no. Bald. in l. quicunq. C. de seruis fugit. uolens, quod si testator instituit filias in eo, quod eas tangit de iure, intelligatur de iure communis. ¶ Similiter dixit Bald. in l. sed si quis. s. quæsum. ff. si quis cautio, q. renuncians beneficio iuris, non intelligatur renunciasse beneficio statuti. Et adduci potest notable dictum Bal. in l. rerum quidem. ad fin. ff. rerum amota. ubi uoluit procedere talum libellum, Peto aduersarium condemnari secundum formam iuris & statutorum: quod exponitur, id est secundum statuta approbata a iure, per text. ibi, secundum lectorum Dyn. & in c. cum uenissent. ibi, secundum ius, & c. s. de eo, qui mittitur in posses. uel importabit, secundum ius commune, si illud actori nivis fuerit, arg. l. si quis intentione ambigua. ff. de judic. secundum ipsam. Pro quo ultimo uide Inno. in c. certa. sciri. post gloss. magnam post princ. s. de sept. ubi dicit, q. fundans libellum super consuetudine potest deducere ius commune. Quod dictum pro multum notabilis refert & sequitur Bald. in l. præscriptione. in xj. col. uers. item sunt alia exempla. C. si contra ius, uel util. publici, ubi semper recurras pro intelligentia omnium prædictorum. Quibus etiam addere potes, quod not. Bal. in l. j. in ij. col. C. de nupt. & in l. j. C. de pb. & in l. obseruare. s. profici. in xxij. q. ff. de off. pro c. & leg. & in l. Gal. lus. in s. si eius. ff. de lib. & posth. & il. eos. C. de ap. & in l. edita.

edita. in xvij. col. C. de edend. & in l. j. C. de serui. & aqua. & in l. uenum. ff. si certum petat. & Innoc. in c. dilecto. de officio archid. & domi. Anton. & domi. Abbas in d. c. cum uenissent. Et dicit Bald. in tit. de pace. Constan. in uerbo, sententia quo q. si causa committitur decienda secundum leges & consuetudinem terrarum, potius erit decidenda secundum bonam consuetudinem, q. secundum leges. Quæ omnia tene bene menti. ¶ Tereti not. quod tamen editur sub nomine Papæ cum concilio sacro, c. licet. ibi, sacri approbatione concilij. s. de elect. & c. aduersus. in subscriptione, cum simili. s. de elect. ¶ Sed mirum uideri potest: quia omnis constitutio facta in concilio non attribuitur ipsi Papæ, qui est supra concilium, c. significasti, de elect. c. cuncta per mundum. ix. q. iij. & à quo concilium sumit omne robur, c. nec licet. & c. multis. xvij. distinct. ¶ Vnde denominatio debet sumi à confirmante, non à condente, per id, quod no. Bal. in l. ex placito. in ij. col. C. de re. permitt. dicens, q. statuta Spoletana confirmata per Papam, discuntur statuta Papalia, non Spoletana. Facit c. si eum. de præbend. in vj. Actus enim confirmatus à Papa ex certa scientia, dicitur actus sedis Apostolicae, per text. opti. in c. si Apostolicae de præb. in vj. & in l. j. ante medium. C. de ueteri iure enuc. Facit gloss. Insi. de tutel. s. fin. ubi tutor datus à Papa filio emancipato, si confirmatur à prætore, dicitur datius, non testamentarius: facit rex. in l. i. certarum. s. fin. ff. de testam. milit. ubi confirmatione codicillorum pro testamento, quam facit testator tempore, quo desit esse miles, non facit, q. codicilli dicuntur militares: & sic notatur qualitas existens in confirmante, & ab illa sit denominatio. Not. pulchre Petr. de Anch. in c. præsent. de offic. deleg. in vj. in t. col. facit, quod not. gloss. in c. in uerbo, fratribus. de renunc. in Sexto. & in c. j. in uerbo, fratribus. de offic. leg. in vj. quæ probant, quod concurrente duplice causa actus denominatur à digniori. Et ad hoc optimè facit: quia actus confirmatus à Papa. mutat omnium sui naturam. Vnde dicit Arch. in c. i. monachus. xvij. q. j. q. prioratus monialis, qui aliás remoueri potest ad nutum: Abb. c. cum ad monasterium. s. tales. de stat. monach. Si tamen confirmetur ex certa scientia à Papa, efficitur perpetuus, ut plenè habetur in text. & gloss. in c. examinata. in c. porrecta. s. de confir. utili uel inutil. & latissime per Paul. de Eleaz. in disputat. sua, qua incipit, religioso Papa consult. Ex cuius dictis possent hac latitudo extendi. Et facit optimè gloss. fina. in c. ex frequentibus. suprà de inst. uolens excommunicationem latam ab inferiore, & confirmata à Papa, censeri Papalem, quo ad solutionem: quod tamen declarat, ut per Spec. & ibi lo. an. And. qui eum reprehendit, in tit. de sent. s. ut ante: in viij. col. an quid si Papa confirmat. Facit etiam, q. not. Innocent. in c. suprà, de confir. uti. in uerbi, dicimus tamē petitionem, & c. & domini de Rota in antequis, decis. cxxxij. incip. Item nota, quod sententia nulla. & quod uoluit gloss. multum singul. ix. q. iij. in summa, circa medium. ¶ Et ideo domi. Abb. motus forte per prædicta, quamvis ea non adducat, in c. j. de pac. & in c. consensus. in j. col. suprà, de rebus ecclesi. non alienand. & hinc, tradidit not. doctrinam, dicens, quod cum material. originatur à Papa, licet concilium ap. probet, tamen lex est edenda nomine Papæ, à quo sumptu uigorem & originem: & sine quo solus posset l. const. ut not. gloss. in c. ad Apostolica. de re iudic. in vj. & in d. c. cuncta. & Innocent. in c. j. de cler. non res. Autem material. originatur à concilio, & tunc nomine concilij lex est edenda: nam in concilio est Papa, ut caput, c. cum uenientibus. s. q. vij. & maioris roboris est confitutio totius ecclesiæ, quam solius Papæ tantum, ut in c. cum dilecta. de elect. & facit quod notat Archi. in summa. xvij. distinet secundum ipsum. ¶ Ex quo colligit potest unum, quod est perpetuò notandum, quod tamen prohibitus dispensare contra constitutiones concilij, prout episcopus, secundum gloss. in uerbo, atate. in d. c. cum dilecta. & ibi per do. Abb. in v. col. & per gloss. in c. quisquis in verb. fiat. de elect. & per do. Abb. ibi, & in c. significasti, in t. col. eod. tit. & in c. at si clerici. s. de adulterijs.

adulterij. s. de iud. cum concord. uel legatus, per c. dilectus. el j. de præbend. iuncto c. ij. de concess. præben. non poterit dispensare contra constitutiones, quæ uidentur editæ principaliter à concilio, & confirmatae à Papa, ut sunt habentes uerba, de quibus hic, uel similia, uel in quarum superscriptione dicitur ex concilio. Seclusus in constitutionibus editis à Papa approbante concilio, quales sunt habentes in superscriptione nomen Papæ. Et istud confirmari potest hoc modo: quia certa ratio maturitas & ponderis, maximè quæ se habere presumuntur constitutiones originatae à concilio propter concursum multarum opinionum in idem, iuxta Liij. C. de fidej. & c. de quibus. xx. distin. & c. prudentiam. cum ibi alleg. s. de off. deleg. quia unicuique datur libertas contradicendi propositus per unum de concilio, iuxta c. Nicena. xxxi. distin. Sed in propositis per Papam in presentia concilij, non uideatur affuisse tanta maturitas, tum propter reuerentiam eius, cui careri, p. parte assistit, iuxta c. i. in uerbo, humani moris est. xvij. q. ij. & quod no. Innoc. & Bal. in c. super his, de maior. & obiectum, quia data discrepancy inter Papam & alios præualeat eius sententia, ubi de fide non agitur, secundum glo. in c. i. iij. distin. & in c. quodcunq. in gl. j. xxiiij. q. j. & in c. sicut. xv. dist. & in c. ex multis. in uerb. ex principali. j. q. iij. cum concord. Et istud tene menti: quia si est uerum, non posset esse utilis, & à nemine tangitur. ¶ Sed in contrariū fortè faciunt quædam iura, in quibus prohibetur dispensatio episcopo: quia sunt cōciliij, & tamen non apparet, q. principaliter denominantur à concilio. Probatur in clem. ne Romani. iuncta super prescriptione, de elect. & c. ubi periculum. in Sexto. Ad idem glossin uerb. elegantur. ibi, puto, q. Papa, in cle. j. de elect. Per quam dicit ibi do. Ab. q. episcopus non dispensat contra concilium, & tamen in subscriptione uideatur edita constitutio illa à Papa approbante concilio. Et ideo iste glo. quibus de facilis inuenientur alij similes, non permittit me firmare, quod s. reculi. Sed doctrina do. Abb. in locis præallegatis importabit solum differentias inter constitutiones diuersimodè editas. ¶ Fato tamē, q. ex magna causa posset episcopus dispensare contra constitutionem concilij, iuxta not. q. Bal. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & do. Abb. in c. ac si clerici. q. de adulterij. in viij. col. de iudic. & in simili adduci posset tex. uulgatus. in l. si hominem. ff. mand. & quod per illum tex. infest gl. in c. tempora. xxvij. q. viij. & Bal. in l. si fuerior. in ij. col. C. de infam. & in rub. C. qui admitt. cum simili. Et in terminis de constitutionib. concilij notant expressè dominī de Rota in nouis, decisi. cclij. inc. Idem in religioso professo. ubi ita dicunt seruari, & allegant, maximè c. expouisti. de præben. Et isto casu requiritur maior causa ad dispensandum contra constitutionem concilij principaliter, quæ contra constitutionem Papæ editam in cōcilio. ¶ Et adde prædictis, quod no. Tho. in tractatu contra impugnantes religionem, quem refert & sequitur do. Card. sancti Sixti, in tractatu suo De potestate Papæ, q. lvij. ubi dicit, q. t. existentes in concilio nō possunt aliquid statuere sine authoritate Papæ. Et sic pondera tu uerbum Authoritate: quia de sui natura est præcedere actum, l. obligari. g. tutor. ff. de author. tut. Habetur per Innoc. in c. cūm consuetudinis. s. de consuet. & Bart. in l. si quis bona. s. iussum. ff. de acquir. hared. & in l. si tertius. ff. de aqua plus ui. arcē. cum simili. ¶ Vt rūm t. autem in ordine scripturar. debeat præferri concilium, an Papa & reperio solum tactum per Bar. Brixii. in suo repertorio, in uerbo, Papa, ubi dicit se uidisse in hoc multum disceptari in concilio Basiliensi, & allegat iura præ & contraria, uidelicet de consec. distin. ij. in c. in quibus. & c. ego Berengarius. & xij. q. j. c. dilectissimus. & xcviij. distin. in c. uictor. & non decidit. Sed istud pender, ut mihi uideatur, ab illa profunda difficultate & superioritate Papæ ad concile

lium, quæ non intro: sed uide latius, quæ alibi, per Petrum de Monte in sua monarchia, in xxx. col. uerbi. his ita expeditis, aggrediēdum est illud mare magnū, &c. & est gloss. multum solennis in c. Papa. xl. distin. ¶ Et utrūm gesta in concilio debeant dici gesta in concilio generali, & an sit exprimentus locus, in quo celebratur concilium, uide do. Car. dicentem, q. nō, in prologo clem. in ij. col. cui addit glo. omnino in c. ubi periculum, de elect. in vij. ¶ Et unum nota, q. ista uerba, Sacro approbante concilio, non probant constitutionem fuisse editam in concilio, sed q. fuerit ex post approbata à concilio. Ita dicunt singulariter Ioan. Mon. & Ioan. Andr. in d. c. ubi periculum, & refert ibi Dom. in ultimis uerbis. Quod not. ¶ Quinto nota, secundum do. Ant. & do. lac. quod dicit pronome Suus, a. um, non semper de notat dominum: de quo dicit, ut per Dom. in c. i. per illum text. de uerb. signifi. in vij. & in c. i. in ij. col. de summa trinit. eod. lib. per gloss. in uerbo Regij. in c. i. de post. prælat. & per gloss. j. in c. pro illorum. de præbend. per Imo. post do. Card. in c. abbatem. s. de rescript. in ij. col. uide text. in l. i. in princ. iuncto s. idem Pomponius. ff. nau. cau. stab. & glo. Archi. & Domi. ibi in c. quo sure. in uerbo, mea est. viij. distin. & Bart. in l. i. s. tittle. ff. de fun. instru. & in l. Quintus. & in l. cūm testamento. ff. de au. ro & arg. leg. & Card. in clem. unica. in cxvij. q. j. ibi, op. pon. idem. de homic. & per Cal. in tit. de præben. in col. xxij. q. t. incipit. An i. Papa. ¶ Sexto no. ex fine litera, q. maritus potest compelli per ecclesiā, ut redeat ad uxorem. Et pondera, q. non dicit per censuram, sed puitere dire cogatur. ¶ Ex quo inferri potest no. secundum do. Abb. q. maritus, uel uxori cōtumax, sine causa possum præcise compelli, ut in unum redeat: nam cum ista obligatio descendat ex l. diuina & humana, potest quis præcise compelli ad factum: nec sufficit præstare interesse, iuxta not. per Bart. & alios in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. obligat. & in hoc addit omnino do. Abb. in c. literas. ad fin. de resti. spol. ubi refert do. Card. consułisse, q. si alter coniunx non potest induci, ut redeat ad alterum, potest iudex ecclesiasticus implorare brachium seculare, ut compellatur de facto redire: & as signat in effectu rationem, de qua suprà: & si contrariū diceremus, de facili solueretur matrimonium: quia mulier, uel vir pateretur excommunicationem potius, q. redire. ¶ Et exequito sententia potest etiam fieri manu militari, l. qui restituere. ff. de rei uend. c. j. & ibi Inno. & Doct. s. de offic. ordin. Responder ad l. pleric. ff. de in ius uoc. & ad l. nemo. de domo. ff. de reg. iur. q. loquuntur in ciuilis causa: & ubi potest quis per procuratorē cōparere, uel satisfacere: sed hīc non potest satisfacere per alium: ergo, & c. Quæ uerba nota diligenter ad alias limitationes, quæ dantur ad d. l. pleric. Aduerte, quia prædicta omnia intelliguntur, quādo alia remedia nō sufficiunt. Vnde dixit eleganter do. Oldr. consilio suo xcij. incip. Episcopus in uocat. & c. q. nunquam debet iudex ecclesiasticus inuocare auxilium brachij secularis, nisi cum per se non potest actum exequi: quia omnia iura de hoc loquentia semper dicunt, si opus, uel si necesse fuerit: quod nota. Et idem dicas de excommunicatione: quia nunquam est deueniendum ad eam, nisi præcedat culpa, mora uel offensa, uel alia iniuriantia, secundum Petr. de Anch. consil. suo xvij. Vnde do. Anton. in c. ij. de testib. cog. ubi exclaims cōtra prædictos moderni temporis, qui incontinenti incipiunt ab executione, & ab executione. Et sequitur eum Ioan. de Ana. in c. i. in viij. l. limit. j. de sagitta. Allegant omnes text. in c. Romana. s. caueant. de sentent. excommun. in Sexto. ¶ Nota septim, quod dixi in summario, q. matrimonium confusu contrahit, & uide text. optimū in c. sufficiat. xxvij. q. ij. Et per illum textum dicit do. Abbas in c. cūm locum. in ij. not. j. eod. q. ad substantiam vinculi matrimonialis alia solennitates non requirunt præ-

tur præter consensum, quoniam de natura huic uerb. Sufficit, est, ut aliquid non requiratur aliud ad actus perfectionem, secundum gloss. bene notandum, in c. statutum. in princ. in uer. canonis. quasi in fin. de rescript. in Sexto. Et per illum textum dicit do. Abb. in c. commissum. j. eod. quod solus consensus validat matrimonium contractum per constitutum in articulo mortis, licet desinat omnis spes prolis. Facit, quod no. do. Abb. in c. cūm in Apostolica. j. eod. ubi dicit, q. cursus mendacij non impedit matrimonium subsistens ex consenu. per illum textum. Facit c. cūm apud. j. eo. & uide do. Ab. in c. tua nos. in ij. eo. Facit, q. ipse no. in c. consultationi. in j. no. j. eo. & in c. i. de sponsa duo. & in c. i. de cōtū. lepr. & q. no. do. lac. in rub. de cland. desp. in ij. col. ¶ Nota ultimò, quem compelli ad sententiam: quod qualiter intelligatur, erit dicendum in c. ad audiētiam. j. eo. ¶ Tractant hic solenniter omnes Doctores. Primo, quid t. operari possint statuta, uel consuetudines laicorum circa matrimonia contrahenda. Secundò, quid si maritus & uxor sine diuersorum terrarū, cu. suis terra statuta, uel consuetudines seruant debeat: & t. quantum ad primum, omisiss multis, quæ à remotis trahi possent, collige ordinatē dicta ipsorum pluribus additis: & pone regulā negatiā, uidelicet quod d statutum laicorum disponens circa substātiā matrimonij, inhibendo, uel impediendo matrimonium, ubi ecclesia non improbat, nec impedit, non ualeat: quia disponit in materia spectante ad ecclesiam. Casus est hic, secundum do. Anto. do. Abb. & do. Iacob. quibus adde Angel. consil. ccvij. incip. Titius existens, ubi tenet, non ualere statutum, ut contrahens certa forma omisiss puniatur. Addit etiam do. Abb. latissimè in c. eccliesia, in leatura, & in repetit. s. de constitut. & Bald. in l. i. in princ. C. de instit. & substat. sub condit. fact. & in c. ex parte. s. de consuetud. Et ibi dixit, non ualere statutum irritas matrimonium contrahit in furore carnalis concupiscentia sine instrumento dotali. Et dicit, q. de hoc ponit Archid. eleganter in c. Obitus. Ixj. dist. ¶ Recipit autem ista regula quasdam notabiles declarationes: & prima fit, secundum do. Anto. ut procedat etiam, quo ad haereditates temporales: quia materia est ecclesia. Patet in c. tuam. s. de ord. & in c. per uenerabilem. j. qui filii sint legit. ¶ Secunda declaratio est, secundum do. Anto. & do. Abb. ut t. procedat etiam, quo ad leges ciuilis, p. habentes matrimonium inter tutorem & pupillam, & rectorem prouinciae & prouinciale, & inter similes personas: quia tales leges non procedunt secundum nos, quicquid dixerit Cyn. in l. fin. C. de matrimon. contra. in ter pupil. & uid. Idem tenet Fede. consil. cccxl. dicens generaliter, q. statuta laicorum circa matrimonium nullius sint momenti, cūm matrimonium sit de foro ecclesiastico: & allegat notata in c. tuam. de ordin. cogni. & per Bartol. in l. Titi. ff. solut. matrimon. & Doctor. post lo. Andri. in c. fin. de secund. nupt. Idem tenet do. Abb. latè in consil. xij. incip. Casus talis est. Et ad illud de tutor & alijs, addit gloss. idem tenet em in c. j. xxx. q. ij. licet aliter senserit gloss. quæ loquitur arguendo, in c. constitutam. vij. q. j. Addit etiam Bald. idem tenet em in c. fi. Instit. de excu. tuto. & Sal. in d. l. fin. C. de interdic. matrimon. & do. Anton. in d. c. per uenerabilem. in viij. col. & do. Ioan. de Imo. in l. filius a patre. s. si quis eo tempore. ff. de lib. & posthu. & Roman. in rubr. ff. solut. matrimon. in ij. col. & Archid. & Domin. in s. hinc colliguntur. j. q. ij. & do. Anto. Gal. Calde. & do. Abb. in c. fin. de secund. nupt. & do. Abb. in d. consil. xij. & in d. c. eccliesia. Illud autem, quod singulariter uoluit Salic. in d. l. fin. uidelicet non esse correctas leges statuentes super nullitate matrimonij ratione præsumpti terroris contracti, ut in l. i. cum seq. C. si quacun. prædi. potest. ubi etiam illud repetit, potest procedere, quando appetit ex aliqua rationabilis conjectura de metu. Sed ex eo simpliciter, q. præses Felini ij. pars.

magis consideratur accidens, q[uod] natura: quia accidentia ob nubilam causam contingunt, l. s. bestias. ff. de postul. Et omnia ista accidentia uocantur in iure qualitates, & secundum quoddam, adiectiones, secundum ipsum: quod etiam tenet in c. clerici, s. de iud. dicens, q[uod] in hoc non matrimonium, sed qualitas matrimonij, scilicet clandestinitatis & corruptionis. Et allegat l. iij. s. si emancipatus. ff. de contra. Secus, si tangeret substantiam matrimonij: quia tunc secundum ipsum, procedit dictum Joan. Andr. in d. c. statutum. Idem uoluit Bald. in c. tenor. in fin. s. de reg. iu. dicens, q[uod] in matrimonij potest apponi poena per statutum ciuitatis, praefer quam quo ad impedientum substantiam matrimonij. Allegat Archid. in c. ubi necesse. xxx. q. iij. Idem tenet Joan. Andr. in d. c. statutum. Idem uoluit Bald. in l. omnem. circa fin. ff. ad Terter. dicens, se credere, q[uod] determinatio Joan. Andr. in c. statutum, non sit uera: quia contrahere contraria, aut sine consentiu patris, est contra bonos mores omnium, maxime prudenter, & inducit odium capitale, per d. s. emancipatus. ubi habetur, q[uod] inducit causam exhaerationis: & ideo ualeat statutum, non quia ueniat contra substantiam matrimonij: hoc enim non potest facere, nisi Papa, sed q[uod] puniat malos mores in republ. facinora seminantes sic, secundum ipsum. Idem tenet Gas. Cald. latè in c. iij. de clandest. despōs. dicens, se uisit ita consultum. Et siem tenet Lap. Abb. & Io. de sancti Georg. in d. c. statutum. Et pro ista parte ultima Doctor. plura non patet urgentia adduci possent in simili, praeferim elegans consil. Bald. quod incipit, Sub protectione & dominio serenissimi principis, quod est inter consilia Pe. de Anc. cōf. xj. & adduci posset, q[uod] inno. Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta, in vj. col. ff. de uerbor. obligat. & quod non Bald. in c. at si cleric. in iij. col. s. de iud. & c. quia in eccliarum. de constit. dum allegat gloss. in l. si ita quis. s. ea lege. ff. de uerb. oblig. & facit, quod non. Bart. in l. re scripro. s. j. ff. de mu. & ho. & in confil. suo, quod incipit, Si aliqua. & q[uod] late consuluit Pe. de Ana. cons. ccxvij. quod incipit, habet statutum communis Pistorij. Et est, prohibitus statuere in aliqua materia propter defectum potestatis, potest in illa statuere fortificando ius cōmu ne cum adiectione poena, iuxta gloss. sing. in cle. ne Romani. in uerb. tolli. de elect. Notant do. Card. & Imo. in eo. ex tua. cum s. de cler. non resi. Ergo solennitatem partem consensus approbatam in hoc casu iure canonico, c. aliter. xxx. q. v. & c. honor. rit. xxix. q. iij. licetum erit confirmare cum adiectione poena. Sed nihilominus ueroem puto opin. loā. Andr. in d. c. statutum. quia est communiter approbata, ut supra dixi: quia cum per canones concedatur filii, in filiabus libera potestas nubendi, non potest illa metu poena coercari. Istud enim solum Papæ potest competere, cui datum est distinguere & limitare prohibita, uel concessa de iure diuino, secundum Doctor. in c. fin. de consuet. & loan. And. & omnes in c. quia in eccliarum. de constit. Sed ista facultas libere contrahendi matrimonium concessa à Deo, non est restrainingis aliquo colore per potestate seculare. Hinc est, q[uod] leges contra secundum nubentes editæ, sunt omnino sublate, ut in c. fin. de secund. nupt. Et non uidetur probabile, q[uod] si posset statuere super accessorio, q[uod] non potest super principali: quia sic indirecte impeditur ipsum principale ad alterius forum pertinens, cōtra c. fin. de immu. ecl. in vj. & regula, cūm quid. lib. vj. Et dato defectu potestatis in statuente nihil operari potest rationabilitas, uel aperta iustitia statuti, c. ecclesia. de constit. Facit c. series. in fin. s. de testi. Et metu poena non potest auferri libertas contrahendi matrimonij, l. Titio centum. s. j. ff. de condit. & demon. Et actus coactus timore soluendi statuti dicitur factus timore poena, secundum Bald. in l. falsus. ad fin. C. de fur. & Bar. in l. creditor. ff. de sol. & Bal. in d. l. omnem. in fin. ubi dicit, q[uod] metus statuti dicitur esse terribilis. Ex istis breuiter

apparet responsio ad contraria. Et ad rationem glo. in uer. tolli. in d. cle. ne Roman. dic, q[uod] procedit, ubi status ens disponit circa materiam ad se pertinēt, & eius statutum non obuiās alij regulis iuris: quod non est hic per istum text. & per c. gemma. iij. eod. Et ita credendum, licet per prædicta & iij. dicenda passus sit dubitabilis: de quo ultra prædicta uide, q[uod] no. And. de Isr. in c. s. qui mod. feu. amit. & in cl. imperiale. de proh. feu. alie. per Fede. & Ang. in l. fin. C. de interdic. matri. & in l. consulta. C. de testa. Recipit tamen prædicta regula primo modo declarata, quasdam fallētias ualde notabiles. ¶ Et primò fallit, nisi statutū imponeret poenam non odio contrahentis matrimonium, sed fauore filiorum: ita tenet h[ab]it. do. Anto. & refert simpliciter do. Iac. ponentem exemplum in isto casu de l. h[ab]it. dicit. C. de secund. nupt. ubi referatur certa portio filii priuati matrimonij, si pater transit ad secunda uota: quia non est h[ab]it poena odio contractus, sed fauore filiorum. Et idem uoluit Bald. in l. ff. de constit. princ. & in l. Paulus. ff. de stat. hom. secundum ipsos. De quibus miror, q[uod] in dictis locis Bart. hoc non posuit. Sed addit. Pet. de Anch. idem tenentem in repet. c. in vij. chart. uer. quædam uero leges. de constit. & loan. de Fan. & Dom. s. no tandem. iij. q. iij. & fuit elegans dictum In noc. in c. iij. de secund. nupt. Eriti dixi, non esse sublatas poenas impositas illi, qui contra proprium iuramentum nubet recepta tutela filij in credita ratione, l. omnē. ff. ad Terter. in s. si autem tutela, & quod scribit do. Card. in c. gemma. in x. q. j. eod. ubi dicit, ualere testamentum, in quo pater instituit filiam heredem, si nuperit mercator, & si alteri nuperit, dat solum certa legata. Aliud est enim eligendi matrimonij metu poena libertatem auferri: aliud ad matrimonium certa lege inuitari, l. Titio centum. s. Titio. cl. j. de condit. & demonstr. Et ad istud facit conformitas inter ultimam uoluntatem & statuum, quæ in multis aequiparantur, secundum Bald. in l. C. de his, qui ut indigne. & in tit. de pace Constan. in uerb. in criminalibus. & in l. & si post tres. in vij. col. s. si quis cau. Et istud dictum do. Card. optimè confirmat sequē tem fallentiam. Et considerato fauore, in quo principiiter se fundat statutum, non posset dici poenale. Quoties enim actus, super quo disponit constitutio ex una parte, est favorabilis, & ex altera odiosus ad considerandum naturam in constitutione, an debeat iudicari fauorabilis, an uero odiosus, attenditur id, sup quo principaliter constitutio intendit prouidere, ut no. gloss. per nult. in fin. & ibi clarè Domi. in c. sciant cuncti. de elect. in vij. not. Bart. in l. qui except. in princip. per illum text. ff. de condit. indeb. & do. Abb. post loan. And. in c. in iij. col. suprà loca. & Bal. in l. illud. in iij. col. C. de sac. san. eccles. & in l. fin. C. de in ius uoc. & in l. fin. ubi subtiliter loquitur, C. de inter. matr. & in l. ab executione. C. quo rura. appell. non rec. & Bartol. in l. fed si hac. in s. fin. ff. de ius uoc. cum alij concord. & est text. clarior in iure in c. iij. post princip. ibi, cum non sit discendum, de deci. in vij. Et cum ista fallentia transeo pro nunc, per prædicta: liacet do. Ab. aliter teneat in d. c. ecclesia. uer. sextus casus. & in d. c. fin. de secund. nupt. ubi latitū infistam. ¶ Secundò fallit prædicta regula, nisi statutum imponat poenam lucri cessantis: p[ro]t[er]a, quia tollit lucrum à seipso, uel à lege datum. Ita dicit h[ab]it. simplicer do. Anto. & allegat gloss. in uerbi. certi cōs. in c. cūm secundum. de har. in Sexto. & sequitur h[ab]it. do. Iaco. ponens extrā, si statutum confert certam partem bonorum patris nubentis cum consensu patris, & priuat dote nubētem sine ipso: quia non agitur de poena, id est, de diminutione patri monij, sed de lucro cessante: & lex potest illum priuate eo, quod confert, quasi sub conditione conferat, si nuperit patre consentiente. Sed istud intellige rectius, q[uod] priuete ea parte, quam confert, non autem dote: quia istud est tenere contra ea, quæ dixi s. quia aduententer dictum

dicitum puta. Et addit, q[uod] cum gloss. in d. c. cūm secundū. concor. ibi Arch. & Ioan. And. Et eam ponderat ibi Do mi. notans in proposito: quia leges disponentes, ut aliqui non contrahant matrimonium, ligant contrahentes in terris imperij, quando poena consistit non in damno inferendo: sed in his, quæ erant libi concessa. Al. si abstinent à contratu: quia lex ciuilis dat bona raptois mulier rapta. l. unica. uerbi. si autem ingenuam. C. de rap. uirg. Et si mulier contraxerit matrimonium cum rapto, perdit ista bona, per autoritatē. C. de rap. mulier. in fin. Vnde cum de iure canonico ualeat tale matrimonium, dicit gloss. ibi, quod tamē habebit locum poena: quia quasi confert illud sub conditione, si non contraxerit. Et cum illa gloss. concor. Sa licet, post argumenta ad partes, licet de ipsa non meminerit, in d. l. unica, in uer. & tunc insurgit dubium. in vij. col. quia bona erant delata mulieri ex titulo lucrativo, & alege, & à ure speciali, cum fisco deberent applicari, in authen. de non alie. s. sed nemo. Et tido ad regularē & naturalem reducitur, l. si unus. s. pacius. ff. de paci. ¶ Et quia collata erant sub cōditione, nec matrimonium punitur, secundum eum, sed effrenata libido. Et idem tenet do. loan. de Ana. in c. cūm causa. in v. col. i. de rap. Et istud puto tierius, quamvis gloss. uoluerit expresse contrarium in c. de pueris. in uerb. nullatenus. xxxvij. q. ii. quam sequitur do. Abb. h[ab]it. & in d. c. cūm causa. & in d. c. ecclesia. in vij. col. uer. quintus casus. de constit. & Fed. consi. suo xxxv. Et moueor etiam per id, quod no. Bald. in l. de quibus. in x. col. uer. sexto quāritur. ff. de legi. ubi dicit, q[uod] qui non impedit puellam, tamen facit iniuria. Vnde infert, q[uod] statuentes possunt à principio disponere, q[uod] sua statuta priuilegia non cōprehendant clericos: & per hoc etiam adduco: quia ex quo in proposito correcta est ratio legis, uel ipsa lex prohibet matrimonium inter raptorem & raptam, frustra uocatur eius commodum in contributione lucri, q[uod] ipsa cōferebat, iuxta regul. ex eo. de regul. iur. lib. vij. & late per Bart. in l. post legatum. ff. de his, quib[us] ut indig. cum concord. Præterea correcta ratione legis, uidetur correcta tota lex, secundum gloss. in l. in princ. in uerbo, prouidentia, & ibi Bart. ff. de legi. tutor. & probatur in c. mitra. s. de seruis non ordi. iuncto c. à multis. de atat. & quali. ubi Papa in d. c. miramur, uidetur declaratiū p[ro]cedere, & affirmare, q[uod] eo ipso, q[uod] correcta est ratio canonis, debet intelligi correcta ipsius dispositio. Quod per plura tenet Sal. in auth. inglesi. in iij. col. C. de sac. san. eccl. & Imo. in l. si uero. s. de uiro. circa iij. articulū. ff. solut. matri. Respondet ad glo. in l. tam is. s. j. ff. de donat. cau. mor. Si ergo per iura nostra est correcta omnis ratio d. l. unica, non video, quomodo lucrum, uel damnum, de quo ibi, possit haberit apud nos in consideratione. Et ita tollunt motiuua do. Abb. in dictis locis, qui in ista materia iudicis meo nimis se restrinxit. ¶ Tertiò fallit prædicta regula, nisi statutum disponeret circa do tem: & sic circa accidentalia matrimonij, secundum Innocent. h[ab]it. per uerbum Forte, quem sequitur in distin. & omnes Doctor. h[ab]it. dicentes ita seruari. Allegant no. in c. Raynuttis. s. de testa. Et idem tenet Bald. in rubr. s. de constitut. in v. col. In quo etiam uidentur, quando causa dotis dicitur ecclesiastica, uel temporalis: de quo per omnes post Bart. in l. Titia. ff. sol. matri. & per Do. & in c. de prudentia. j. de dona. inter uit. & ux. & ibi dice. 16. Sed ad istam declarationem addit omni. Imo. in repet. c. cūm contingat. in xvij. char. s. de iure iur. ubi multū solenniter disputando concludit, q[uod] contraueniens l. seculari. ciuili, uel municipal, quātuncq[ue] iusta, nū quām incurrit mortale, nisi hoc faciat ex contemptu, uel lex ipsa statuat in materia, cuius transgressio alij inducit peccatum. Et inter cetera ponderat c. qui refert. in uerbo, quæro, Imperator, quod dictum nunquam tradas obliuionis: quia est notabilissima limitatio ad

dictum beati Tho. cum concord. de quibus dixi s. licet ipse Imol. nō faciat mentionem. Et subdit hancessuā declarationem nouam; per alios non tactam. Quād autem lex concilij obliget ad mortale, dic. ut per glo. in cle. s. in verb. hortamur. de testi. in c. Matthæus. de simo. per Archid. & Dom. in c. testamenti. distinet. & in s. criminis. xxv. dist. & latē in c. generali. in pen. col. de elec. in vi. per Innoc. do. Ant. & Imol. in c. dilectus. el. iij. de præb. per do. Abb. in c. de constit. per Imo. in c. nam concipi fcentiam. eo sit. per Bart. in l. cūm pater. s. Julianus. de lega. iij. per do. Ab. in c. de ui. & ho. cler. & in c. ad nostrā. in iij. col. de reg. & in c. si quis uenerit. de maior. & obed. & in c. cūm contingat. in vij. col. de fureur. per Archid. in c. rogo. xj. q. iij. & in c. quisquis. xiiij. q. per Ioan. de Ana. in d. c. Matthæus. per do. Anto. in d. c. ad aures. ¶ Quinto fallit prædicta regula. nisi poena apposita in statuto contrahendi matrimonium esset parui impenitenti. quo ad libertatem: putā. quia puniret in cētum contrahentem matrimonium de præsentī. Et ita singulariter & expressè uoluit do. Card. in c. his. qui fidem. j. eod. & refert simpliciter do. Jac. ibi. in iij. col. Pro quibus non incongruē adduci potest. quod not. Bart. in l. in c. i. fin. ff. de furt. dum dicit. ualere statutū puniens eum. qui ad nuptias suas inuitaret ultra xij. puellas: non enim potest impugnari. quia statuat super materia spirituali: quia hoc non detrahet uinculo matrimonij. nec solennitati. sed immoderata pauperū impenitis. Benefator. q. non ualeret statutum. q. sponte. dum benedicit. nō doner ultra certam summam facerdoti. Et induco. quod not. Ludo. Roma. in singulāri cclxij. quod incipit. Reuerēdus dominus. ubi refert se cōfūluisse ad instantiam cuiusdam cardinalis. q. nō ualeat statutum laicorum. q. pro exequijs fiendis non possit. nī tantum. expendi: quia istud concernit burfas clericorum. Et allegavit text. sing. secundum eum. in c. fin. ibi. sed etiam de mortuarijs. s. de reb. cccl. non alie. ¶ Sexto fallit prædicta regula. nisi statutum restitueret libertatem contrahendi matrimonium. exceptuan do solum certum genus personarum. Ita solenniter declarat Bart. in l. edicimus. C. de murilegul. lib. xj. dicens. ualere statutum. q. inter homines diuersarum ciuitatū nō contrahatur matrimonium sub certa poena. dum modò possit honestè nobere inter homines sua se. Et sequitur simpliciter Ang. ibi. Idem tenet Bald. in l. s. ius naturale. ff. de iust. & iur. dicens. q. si tale statutum est factum ex causa. ualeat. quo ad poenam. Idem tenet Bart. in cons. incip. lator præsentis schedula. & do. Card. & Gal. Cal. in d. c. gemma. j. e. & sequitur ibi do. laco. in iij. q. quod maxime procedit. secundum ipsos. quando obuiaret scandalum imminentib; purā. ex matrimonio contracto cum duabus partibus. inter quo rūrum capita uigeret odium capitale. Idem etiam firmat Ludo. Roma. in rub. ff. sol. matri. in vij. col. dicens. se miseri de quibusdam tenentibus oppositum. Mouetur p. c. super eo. de cogn. spir. functo. c. j. eod. tit. ubi consuetudo potest operari. q. sit matrimonium inter eos. in ter quos non potest esse de iure. Nec obstat. secundum eum. q. auferitur libertas contrahendi matrimonium: quia hoc est falsum'. secundum eum. si potest cum alijs honestè contrahere. Et pro hoc optimè facit. quod uoluit Bal. in l. si mater. C. de suis & legit. ubi præsupponit ualere statutum Mediolani. q. mulier nupta extra territorium Mediolani. non succedat in bonis patris in territorio Mediolanensi. Ad idem facit. quod solus uoluit do. laco. it. c. cūm locum. in v. col. j. eo. dicens. non posse dici meticulo sum matrimonium. quād quis contrahere cogitur cum certo genere personarum. Sed cōtra prædictos uidetur tenere Bald. in l. nostri. C. de nupt. in quātum formata est quæstio. submitit se decisioni lo. Andri. in d. c. statutum. Et pro hac parte facit. quod not.

c. de Frā
cia.

qui resistit. xj. q. iij. & nulla fuit contracta obligatio. cui lex resistat. & inhabilitat consensum suum. ut traditur in l. cūm lex. ff. de fideiūss. per Bartol. & ita non posset ualere contractus ex una parte. & alia non. ita in proposito seruabit maritus consuetudinem loci. & solennitatem loci. in quo contrahit cum muliere. cū ipsa ad hoc teneatur: & faciunt notata per Imo. in repe. c. cuim contingat. in xxxij. col. s. de fureur. per Petr. de Anch. in regula. ea. quia. in xvij. q. de regul. iur. in vi. per do. de Rota decī. cccvij. q. qui incipit. obligatus est laicus. per Imol. post do. Anto. in xiij. col. de constit. Et ad istam quæstionem facit. quod not. do. Anto. do. Card. in cle. pastorali. g. deniq. in ij. q. de re iud. ubi dicitur. q. si per delictum imponitur certa poena per constitutionē episcopalem in loco. in quo est beneficiatus. seruabitur constitutio loci delicti. per c. illa. xij. distinet. & d. l. si fundus. quia contractus & delicta & qui parantur. secūdum eum: & Old. cons. xlj. qui loquitur in his terminis. Facit etiam. quod not. do. Abb. in c. cum contingat. in ij. col. de for. compet. & lo. an. de Ana. in c. in vij. col. de rapto. & do. Card. in cle. j. ejdem. in vij. q. cum duabus seq. de foro compet. cum alijs concor. Facit. quod not. Bald. in tit. de pace Constant. in uer. si qua controvergia. ubi dicit. q. si Papa concessit Tusco feudum cuiusdam castri Alemaniæ. uidetur concessisse secundum consuetudinem Alemaniæ. non Tuscia. ¶ Sed aduerte. quia ista conclusio est dupliciter limitanda. Primo. ut procedat quando uir contrahat in alio loco personaliiter: secus. si per nuncium. uel epistolam. iuxta c. fin. de procur. in vi. quia tunc in talis contractu seruabitur consuetudo uiri. qui est caput mulieris. ch. ac imago. xxij. q. v. secundum do. Anto. & do. Iaco. hīc. per ea. que dicā in sequenti conclusione: quod no. Sed contra hoc multū facit. quod not. Bald. in l. multum. in pe. col. C. si q. al. uel sibi. ubi dicit. q. si ego existens Ferraria per nuncium. uel epistolam. uendo tibi existent Bononia. contractus dicitur celebratus Bononia. per tex. & quod ibi Bart. in l. si ut proponitur. ff. de fideiūss. Facit. quod not. Bald. in l. non ideo minus. in x. col. C. de accusat. & in l. nullum. C. de testib. cum si. nī forte dicas. q. quamvis contractus dicatur celebratus in loco. ad quem scribitur. uel mittitur. tunc cessat causa. propter quam debet alijs seruari. consuetudo loci contractus. uel delicteratio scandali. ut statim dicetur: quod cessat in absente. sed certè procederet in scribente simpliciter: sed secus uideretur in despontante per nuncium. maximè qui non simpliciter informare se de animo personæ contrahentis. sed etiam despontaret: quia tunc non video sufficientem rationem differētia inter primum casum & istum. cum simil. per c. mulieres. cum simil. j. de sentē. excom. ¶ Secundò limita hanc conclusionem. ut procedat. quantum ad hoc. ut omisso dicta solennitatis inducat ad mortale: non autem. q. si de tali essentia. q. annulet contractum. ut dixi in prædicto articulo. uer. quartū fallit. quia de rigore iuris omisso talis solennitatis non relevat. ut hīc. Et per hoc in fero. q. etiam ista tercū contrahentium matrimonium esset aduenia. uia. tor uel forensis. debeat tamen seruare consuetudinē loci. in quo contrahunt. licet statutum. uel consuetudo disponens super dictis solennitatibus non liget eos. c. iij. de constit. in vij. l. fin. de iurifid. omn. iud. Et ita tenent simpliciter hīc omnes Scribentes. per d. c. illa. xij. distinet. ubi bonus text. in fin. cum gloss. in uerbi. ueneris. & in c. quia contra. vij. distinet. & in c. quisquis. xl. distinet. Et hoc suaderat ratio euandi scandali. secundum eos: quibus addit. quod not. Guili. de monte Lau. in cle. dignū. de celeb. miss. Et sequitur ibi do. Card. in v. q. ubi dicit. q. peccaret unus de Cathalonia. comedens die sabbati in studio Tholofano. licet non peccaret existens domi sua. propter consuetudinem. quia ualere potest. c. quia dies. de consec. distinet. v. Allegant text. in d. c. illa. Item

Felini iij. pars.

H 3 do. Ana

do. Anton. in xxj. col. in c. fin. de fo. cōpet. & Bal. in locis, de quibus statim dicetur limitatio. Et addit. quod no. Bar. in l. i. ff. de bo. autho. iu. poss. & in d. l. quārō. & Bal. in l. hæres absens. s. si quis tutelam. ff. de iud. post glo. & Iac. But. ibi. & quod not. glo. in l. i. ff. de eo. quod cer. lo. & Cyn. in l. j. C. ubi de poss. agi. oport. & Ioan. And. in c. Romana. g. contrahentes. de fo. compet. in vj. & do. Ab. in c. dilecti. de for. compet. ubi in dictis locis dicitur, q̄ non potest quis conueniri in loco celebrati cōtractus, quando solutio alibi destinatur. ¶ Et istam conclusio- nem do. Ant. circa exactiōnem dōtis, limita primō non procedere inter sponsos. Ita singulariter uoluit Bald. in auth. omnes peregrini. in ff. col. uer. item no. q̄ quando princeps. C. cō. de succēs. dicens, q̄ si statutum dispo- nit de lucis inter sponsum & sponsam, si alter illorum moritur nondum celebrato matrimonio, attendit locus cōtractus: quod bene no. Et adduci potest ratio: quia non est effecta de domicilio viri, per text. in lea, qua. la i. ff. ad mūnic. ideo cessat ratio p̄dicta conclu- sionis. Sed an ista limitatio procedat in sponsa de præ- senti nondum traducta, esset cogitandum: quia Bald. indistincte loquitur. ¶ Sed in contrarium facere vide- tur glo. in d. l. ea, qua. uolens, q̄ sponsa de præsentis di- 25 catur effecta de domicilio viri. ¶ Secundō t̄ limita con- clusionem do. Ant. non procedere in dote putativa: pu- tā, quando solutur matrimonium ratione impedimenti legiti- mī. Ita singulariter uoluit Bald. in ciurauit. in i. ff. col. de prob. Pro quo facit: quia dos putativa non ha- ber priuilegia dōtis uera, ut notant do. Anto. & do. Ab. ibi in c. j. & ibi dicitur, j. de donat. inter uir. & uxor. Et p̄ isto dicto uidetur mihi glo. in terminis in d. l. exigere. in uer. redditura. Et etiam facit, quia talis non sortitur do- 26 miciliūm, l. de iure. s. fin. ff. ad mūnic. ¶ Tertiō t̄ limita, n̄ si ipsa uxor duceret maritūm ad domum suā: & ipfa non fret ad dominum maritū. Ita dixit solenniter Bal. in l. fin. in i. ff. col. uer. modō ego querō, quare actor. C. si à nō compet. iud. ita dicens debere intelligi notata per loā. And. hīc quod dictum uidetur intelligendum, dū mu- dō appareat, q̄ maritus intentat ibi perpetuō uelle ha- bitare, per not. per Docto. in l. lex Cornelia. g. j. ff. de in- sur. Facit quod no. gl. in l. i. C. de in colis. lib. x. Facit tex. 27 in l. nihil. ff. de captiuis. ¶ Quartō t̄ limita, nisi extrane⁹ stipulatus sit dōtem sibi reddi. Ita dicit Bal. in rub. C. de priuilegio. do. i. i. ff. col. uer. sed statim quāro. quia, secun- 28 dum ipsum, tunc cessat sequela iuri, &c. ¶ Quinto t̄ li- mitari potest, n̄ si maritus haberet etiam domicilium in loco contractus, in quo aliquando cum uxore uita duceret: quia tunc in exactiōne & retentione dōtis po- terit uti beneficio statuti loci contractus. Ita colligi po- test ex dictis Bal. in d. l. hæres absens. ff. de iudic. in quārum per illum tex. ad fin. cum gl. limitat no. in d. l. quā- ro. ut uidelicet quis posset conueniri, nedum in loco, in quo destinatur solutio, sed etiam in loco contractus, si ibi habet domicilium: & istud est pulchrum, si posset lu- sineri: & procederet, maximē, quando utilitas esset ma- ritu. uti consuetudine loci contractus. Et faciunt nota. per Bart. in simili in l. i. g. s. emancipatus. ff. de contra- tab. & per Bald. in l. i. Ruffinus. C. de testa. milii. cum cō- cor. ¶ Sexto t̄ limita, n̄ si interueniret error: quia mulier ignoraret statutum, quod erat ibi, & iuris communis fi- ducia simpliciter contraxit. Ita uoluit Bal. in c. j. s. fi. post medium, in tit. de iuēst. de re aliena fac. dicens, q̄ tunc poterit ipsa in dissolutione matrimonij uti propria cō- suetudine: arg. l. regula. ff. de iur. & facti ign. & l. cū de indeb. ff. de prob. Et istam limitationem adapta in ca- su suo. Fatur tamen ibi Bald. q̄ alij simpliciter tenent contrarium. ¶ Septimō t̄ & ultimō limita, n̄ si in con- tractu matrimonij actum esset ex pacto, q̄ dos restitu- retur, secundum consuetudinem loci contractus: quia illi pacto stabitur: arg. l. si quis in conscribendo. cū ma- teria. C. de pact. Ita dicunt hic do. Ant. & do. lac. ponen-

tes hanc solam limitationem in ista conclusione: & de
prædictis non meminerunt. ¶ Tertia conclusio princi-
palis est ista. Si post contractum matrimonium mat-
tis mutat domicilium, attenditur in restituitione dou-
loci consuetudo, in quo fuit contractus perfectus, & de-
stinatus: non autem consuetudo domicilij, in quo dis-
soluitur matrimonium. Ita eleganter tenent do. Ant. Gaspe-
Cal. & do. Ab. & latioribus verbis declarant do. lac. Mo-
uentur maximè per tex. in l. si uxor. ff. de iud. & clarè sen-
tit ibi Bar. dū dicit ibi, secus, si alibi. Et ita etenit Ang.
& Pau. de Ca. ibi, quoniam attendi debet locus, in qua
orta fuit obligatio: & non, ubi recepit purificationem
secundum prædictos. Pro quibus optimè adduco, qd
scribit Inn. in c. statutum. uer. item nota, qd prius legi
huius constitutionis, de maio. & obed. In quam vult
qd ius quæsumus clericis ordinatis ante illam constitu-
tionem, etiam ad præbendas post ipsam uacaturas, nō
intelligitur sublatu, quantu cunctu sit declarata ibi irra-
tionabilitas causa conferentis eis illam prærogatiuā
& dato, qd adhuc nō sit sortita effectu. Ex quo dicto in-
fert Imo. multū singulariter in c. si. in xvj. col. 5. de consti-
pone, inquit, statutū confert dimidiā dotis matrimonio-
tua uxore sine liberis: utrum uxorati tempore editi sta-
tuti, quorū uxores ex post moriuntur, lucrabuntur di-
midia dotis uigore mortis, nunc euuenientis: & refer-
Bart. tenentem, qd sic, in l. omnes populi. in xiiij. col. uer-
quarto casu. ff. de iust. & iur. quia mors dat ius exigendū.
di. Ergo. &c. Et ita dicit communiter tenere Legistas: ta-
men ipse determinat cōtra Bart. quia ex contractu do-
tis fuit quæsumus ius hæredibus mulieris super restitu-
tiōe dotis soluto matrimonio. Et ideo statutum super-
ueniens non debet in dubio tollere ius alteri quæsumu-
s: seu obligationem alteri quæsumam, licet adhuc non ha-
buerit effectum, propter dictum Inn. in d. c. statutum.
Et hoc dicit esse mēti tenēdū. Et optimè facit ad propo-
situm, si rectè consideretur, arguendo de loco ad tem-
pus, iuxta l. uinum. ff. si cer. Et ideo cùm esset statutū
in collegio Artistarum, qd primò receptus præcederet
alios etiam graduatos, & postea esset factum statutum,
qd primò ordinati præcederent, & quidam, qui tempo-
re primi statuti non curauerant recipi, uellent nūc præ-
cedere uigore secundi statuti graduatos post se, quam
uis prius receptos consului, qd non possent: quia ius
quæsumum primis, non est extinduā ex superuenientia
statuti etiam in emolumenis nondum perceptis
& inter cetera adduxi dictum Innocen. & Ioan. de Imo.
in locis praæalle. Facit etiam, quod not. do. Abb. in c. ue-
niens. in ult. col. ibi, quod non uidetur uerum. s. de cō-
uer. coniug. Facit etiam text. in l. ff. de manumis. & in l.
generaliter. in fin. ff. de ritu nupt. & in c. fin. de conuer-
coniug. & optimè facit, quod no. Petr. de Anchar. consi-
cviij. incip. In Christi, &c. uisis & diligenter ruminatis,
&c. ¶ Quinto hoc probat, quamvis in fine uideatur
sequi Bartol. in d. l. omnes populi. Vide etiam, quod
ipse not. confil. xxxvij. ad fin. Et ultra prædicta circa
istum articulum pondera text. in l. fin. C. unde lib. &
quod ibi Bald. & quod not. Bald. in l. si matre. C. de suis
& legitim. & Ludouic. Roman. in l. hæres per seruum. ff.
de acquirendi, hæred. & Bald. in l. C. de execut. refū-
dicat. ¶ Ultimò pro complemento eorum, qua no-
tan hic Doctores uidentum esset, quomodo dicatum
mulier alibi nupta mutare domicilium. Sed ne se-
quentibus decretalibus dos debita subtrahatur, non
infuso: sed dic, ut magistraliter per Bartol. in l. impe-
ratores. in s. idem rescriperunt. ff. de muniberis & ho-
norib. per Baldum & Angel. in l. cùm quædam puello.
ff. de iurisdiction. omnium iudicium. per Paul. de Casta.
in l. rei iudicata. s. fin. ff. solut. matrimon. per domi. An-
ton. in c. ex parte B. de foro competenti. per Domi-
præf. Nam ratio est: quia talis multa imponitur officio iudicis nobili, ut l.j.in princ. ff. si quis ius dic. non obtemp. inducendo, ut ibi per Bart. in uer. quarto, quo iure. Secus in pœna uidemus, quæ quidem imponitur per uiam accusationis. l.rescripto. s. si quis accusatorem. ff. de mu. & ho. Nam tunc officium iudicis mercenarium est deseruiens actioni intentate. Ideo ex�rat lata sententia super pœna. Vnde iudex pœnam imponit remittere non potest, etiam pauperi, l.j.in fin. ff. de penis. cum concord. ibi alleg. Et ista fuerunt de mente Bart. & aliorum in d.l.iudex. ¶ Ex quibus etiam infertur, quod ubi cuncta definitiva sententia lata est super eo, pro quo est imploratum iudicis officium, non potest semper eodem officio iudicis nobili reuocari. Quod quidem firma uis expresse Bartol. in l.j.s.fin. ff. de prato. stip. per l.pen.co. tit. & sensit Bart. in d.l. quod iussit. ff. de re iudic. per l.quamvis. cum gl. ff. de rebus eor. & dixi in articulo præcedenti. ¶ Septimodū fallit predicta regula in principe, secundum do. Abb. & alios hīc: quia princeps solitus est legibus, c. proposuit, de concess. princ. l.princeps. ff. de legi. Et pro hoc facit, secundum do. Maria. hīc quia omnia iura requirentia aliquam solennitatem, uel formam, circa processum, uel sententiam, degenerant in sententiam principis, utin c. in nostra. de sepul. & in s. sed qd̄ principi. Inst. de iure natur. Qod limitat, dum modō ex causa uel retractare: aliiās incideretur in illud dubium, utrum possit princeps priuare aliquem iure iam quæsto, de quo per Doct. in c. que in ecclesiistarum. de const. & in l. quoties. C. de prec. imper. offer. & in l.j. & ibi Bald. eo. tit. Dicit tamen, quod in dubio in principe presumuntur omnia rite facta, secundum Doct. ubi s. Et hoc dicit procedere, quando sententia transiuit in rem iudi. Secus, si nō transiuet: quia possit in distincte reuocari, secundum cum, cui aliud non addo, sed uide, quæ dicam in c. ad perit. j. eo. ubi confirmabuntur hæc per plura.

37 ¶ Octauodū fallit in sententia nulla: quia illam potest ordinarius reuocare regulariter, secundum gloss. in d. l.iudex. quod qualiter intelligatur, uide Imol. ibi: Bart. & Ang. in l. si expressim. ff. de appell. & Innoc. in c. de cætero. de re iudic. & in c. dilecto. de appell. Bart. Bald. & Sal. in l. si, ut proponis. C. quomodo & quando iudex. & Bald. & Salic. in l.j. C. de accus. & Ang. in l.j. C. quando prouoc. & do. Ant. & Imol. in c. in literis. de offic. deleg. & do. Card. post scribentes. in cle. j. in x. uer. generaliter autem, de re iudic. & Bald. in l. si aduerfus. C. si aduer. rem iu. & in l. post sententia. C. de sententia. Sed t̄ hanc ultimam limita non procedere in delegato: quia talis ferens sententiam nullam, dicitur functus officio suo, nec potest de negotio principaliter ulterius cognoscere. Ita not. gloss. Bart. & omnes in d.l.iudex posteaquam. per l. si, ut proponis. C. quomodo & quando iudex. & c. in literis. de offic. deleg. saluo, quid respicit executionis, ut ibi. Et hanc limitationem ponunt hīc omnes Doctores. ¶ Scias tamen quosdam casus, in quibus delegatus potest reuocare sententiam nullam. Primus est in delegato principi: quia habet instar ordinarij, iuxta l. à iudice. C. de iudi. Ita uoluit Angel. in d.l.iudex. Pro quo facit: quia delegatus à principe in causa sibi commissa, maior est ipso ordinario, c. san. de offic. deleg. Sed ipse ordinarius potest iterum pronunciare, ut in locis s. allega. Ergo fortius ipse delegatus principis. Faciunt not. per gloss. Bartol. & alios in l. à diuino Pio. in princ. ff. de re iudic. ubi dicunt, quod delegatus principis potest exequi suam sententiam de iure ciuilis, licet secus in delegato inferioris à principe, ut ibi per eos. ¶ Sed aduerte: quia hoc dictum Angel. non est sine dubitatione. Et contrarium expressè tenet Bald. in l. si, ut proponis. la. j. in f. col. C. quomodo & quando iud. & loan. de Imol. licet eum non alleget, in d.l.iudex. dicens, hoc non reperiū clare expressum in iure. Vnde uideatur,

quod remaneat sub regula d.l.iudex. Non obſt. quod delegatus sit maior ordinario: quia dicit Bald. in d.l.s, ut proponis. est maior, sed non firmor. Allegat Archi. j.q. iij. si episcopus. ¶ Secundus t̄ casus est in delegato ad uniuersitatem causarum: quia si nulliter pronunciat, æquiparatur ordinario. Ita signanter uoluit gloss. j. hīc, ibi: erant generales, &c. Et ipsam ad hoc ponderrant do. Anton. Imol. & do. Abb. & cæteri scribentes: quibus adde Bald. idem tenetem in l. si, ut proponis. C. quomodo & quando iudex, quia, secundum eum, remanet sibi adhuc uniuersalis iurisdictio causarum in loco. Et pro ista fallentia bene facit gloss. pen. in c. c. cum causam. de appell. quæ dicit, quod delegatus ad uniuersitatem causarum, uideatur quasi ordinarius. Et dicit ibi do. Abb. in iij. col. per illam gloss. dari singularem limitationem ad iura dicentia, delegatum inferioris à principe non posse sub delegare. Non enim procedit in delegato ad uniuersitatem causarum. Et ponit exemplum in officiali foraneo episcopi, qui constituitur in certa parte dioecesis: nam ille habet delegatum iurisdictionem, non ordinariam, ut not. gloss. in cle. j. in uer. foraneo. de rescript. & in c. Romana. in uer. generaliter. de appell. in vj. Facit etiam, quod not. Specit. de offic. ord. s. fin. ubi æquiparatur ordinarium & delegatum ad uniuersitatem causarum. Idem facit Pet. de Anch. in c. l. c. et iudic. & offic. deleg. ¶ Facit, quod not. Angel. in l. qui procuratorem ff. de procurato. ubi dicit, quod si causa cognitionis committitur delegato ad uniuersitatem causarum, poterit decidere causam, ut ordinarius. Facit, quod not. Angel. in d.l. ijj. ff. si quis in ius uoc. non ie. ubi dicit, quod si delegatus ad uniuersitatem causarum pronunciet se non iudicem, potest illam sententiam reuocare, sicut potest ordinarius. Facit gloss. in d.l. Pomponius. aliiās incipit, si uni. ff. de re iud. quæ æquiparat in illo casu delegatum ad uniuersitatem causarum, & ordinarium. Idem facit gloss. in l. fin. C. de iudic. Bald. in l. à iudice. C. eo. tit. Bald. in l. fin. C. de autho. præf. & Bartol. in l.j. s. si plures. iij. col. ff. de exerci. & Card. in c. prudentiam. de offic. deleg. & loan. de Ana. in c. in archiepiscopum. j. col. de rapto. & do. Abb. in c. si quis contra clericum. in xx. col. de fol. compe. & in c. c. Bertoldus. x. col. de re iudic. & Imol. in c. sciscitatis. in ult. col. de rescript. & Angel. loquens in terminis nonris. in l. iudex. ff. de re iud. & Guil. de Cu. in l. Barbarius. ff. de offic. prato. & Angel. in l.j. C. de sentent. & interlocut. omni. iu. Et istud est tenendum, licet aliter sententia Imol. in d.l. si uni. & in l. iudex. Cuius ratio tollit ex notatis in locis suprā dictis. ¶ Tertius t̄ casus in delegato ad unam causam tantum, qui tulit sententiam contra formam mandati delegatorij: quia non dicitur functus officio suo. Sicut dicimus in arbitrio, l. quid tamen. in princ. ff. de arbitrio. Ita not. do. Anton. & do. Abb. Imol. & alios hīc: quibus adde Bald. idem tenetem in l. quia arbitrio. ff. de arbitrio. & Imol. in d.l.iudex. & Paul. de Cast. in l. c. quarebatur. ff. de re iudic. & Card. in cle. j. in x. q. de re iudic. & Salic. in l. si, ut proponis. C. quomodo & quando iud. & Iac. Butr. Cy. & Salic. in l. si accusatoribus. C. de accus. & Cyn. Iac. Butr. & Bald. in d.l. si, ut proponis. ¶ Sed tamen aduerte: quia contrarium tenet hīc loan. Cald. & Petr. de Anch. in d.cle. j. & Imol. in c. in literis. de offic. deleg. Et dicunt, quod hoc reperiatur solum expressum in arbitrio, in d.l. quid tamen. Et pro ista parte facit urgens ratio, quia sequeretur, quod quoties delegatus ferret sententiam iniusta, semper posset eam reuocare, propter illud famosum dictum domini Ottonis Card. Portuensis, qui dicebat, quod licet sententia ordinarij iniusta, id est, contra ius litigatorijs, non sit ipso iure nulla, sed posset ab ea appellari, c. cum inter. cum simili, dere iudic. tamen sententia iudicis delegati iniusta, est ipso iure nulla: quia, secundū eū, est contra formā mandati omne iniustū prohibētis. Et idco

c. qualiter
neam proutiōnem non exprimat grātia: quia intelligi-
tur de beneficio uacanti nulli debito, ita nec debet ex-
pitare potestas executoris, per text. optimum in c. si su-
per gratia. de offic. deleg. lib. vj. ubi uigore gratia susti-
netur potestas executoris ex casu, quo potestas delega-
ti exprimat: quod est bene not. secundum do. Abb. iti
d.c. Et ita etiam tenet do. Anto. in d.c. in literis. & Bald.
in d.l. si, ut proponis. dicens de hoc ibi esse tex. Nam ibi
per errorem putauit iudex illum contumacem, cūm
non esset: ideo contra eum tulit sententiam, qua nulla
est: & tamen est functus officio, ut ibi. ¶ Quintus ca-
sus, quando delegatus partium errasset super eo, quod
erat sibi expressè commissum: & omisit illud, quod erat
sibi tacitè commissum ex quadam necessaria conse-
quentia: quia licet sit finita iurisdictio sua respectu ea-
fus, quod in rescripto erat expressum, tamen adhuc dū-
rat super illo, quod tacitè comprehendebatur. Ita singu-
lariter not. do. Card. do. Abb. & do. Iac. Zochus, quem
uide in c. de prudentia. in fin. per illum text. de do. inter
ui. & ux. Quod not. quia ei dictum notabile. ¶ Vlti-
mus t̄ casus, si sententia non habet esse, seu figuram es-
se, ut quando condemnauit dominum, qui non perfidi-
terat in iudicio, sed eius procurator tantum. l.j. C. de sen-
tent. Ita dicit Bald. in d.l. si, ut proponis. licet, secundum
eum, gloss. in d.l. si, intelligat illum l. in ordinario. Et hīc
adde, quod no. domini de Ro. in deci. ccccxxxij, ubi di-
cunt, quod iudex delegatus lata definitiva non est fun-
ctus officio suo in casibus, in quibus sententia nō tra-
nsiuit in rem iudic. de quibus in c. lator. & c. c. sangue-
ni de re iudic. Allegant dictum Innoc. in c. cum Bertoldus.
de re iudic. Sed do. Anton. & Imo. hīc tenent contrarium:
quia si delegatus est functus officio, quando tulit sen-
tentiam nullam: quantum magis, si ferat sententiam uali-
dam, licet sit lata in causa, in qua nō transit in rem iudi-
c. Et dictum Innoc. in d.c. c. Bertoldus, intelligitur in
ordinario. Cætera circa istos casus vide per Doct. præ-
sentim Imol. in d.c. in literis. & Salic. in d.l. si, ut propo-
nis. & per Bald. in addi. Spec. tit. de sententia. in j. col. Et
ibi etiam Bald. sequitur quo sdam ex casibus prædictis,
maxime secundum tertium & quartum: & addit alium,
uidelicet in sententia non continentem condemnatio-
nem, uel absolucionem. Allegat l. ex stipulatione. & l.
præf. C. de sentent. Et ita dicit in sententia lata uiua
uoce, & non in scriptis, contra l. fin. C. de sentent. ex bre-
vici. reci. quia, secundum eum, non attenditur ipse actus
fudicandi, ex quo non fuit pronunciatio confirmata,
ut dictis iuribus: quod not. bene. ¶ Postremo ne ista
decretalitudo adeo onerata impedit sequentes, prosequi-
re alias limitationes ad hanc secundam regulam, ut
per gloss. & Doct. in d.l.iudex. & per Roma. in repet. ad-
monendi. in iij. chart. ff. de iure iudic. & ibi limitat. l. iudex.
nisi sententia sit lata prætextu probationum priuile-
giatarum, ut appellari non possit. Allegat Innoc. in c.
tu. de cohab. cleri. ¶ Et an de consensu partium pos-
sit reuocari, uide Bart. & alios in l. acta. ff. de re iudic. Et
hanc materiam limita in sententia excommunicatio-
nis, per c. sacro. de sentent. excommun. & uide latè Bald.
in l. fin. C. de contrah. empt. Et ibi, quid in arbitrato-
re, qui tulit laudum, & uult iterū laudare: & uide Imol.
in c. s. e. de appell. ¶ Item in quantum dixi in nota-
bilibus, quod quando intentor solennitas non ne-
cessaria, & in ea peccatur: adde elegans dictum do. de
Rota decisi. ccccxxxix. quæ incipit. Item not. in antiquis,
ubi dicunt, quod licet quis, quando impetrat benefi-
cium, non terreatur facere mentionem de ualore bene-
ficij, ut per Innoc. in c. dudum. el. f. de elect. tamen si ex-
primat ualorem & falsò exprimat, gratia censetur subre-
ptitia. Quod not. ad prædicta. Hoc autem de
expressione ualoris alijs di-
cam.

S V M M A R I V M .

- 1 **I**udex an posset testificari de gestis coram se:
- 2 **R**eus in causa criminali an & quando posset renunciare defensionibus suis.
- 3 **I**urans dicere puram & meram ueritatem, nihil debet tacere, quod sciat, neq; falsum exprimere.
- 4 **C**onfessio iurata an posset reuocari.
- 5 **R**ecipient rem ex naufragio, an furtum committat.
- 6 **P**roficiens rem in mare, an ex presumptione habeat eam pro derelicta.
- 7 **R**epipient rem alienam, & nesciens cuius sit, an posset eam licite retinere.
- 8 **C**onfessio an posset pro parte acceptari, & pro parte repudiari.
- 9 **T**estis, qui non potuit testificari, si tamen examinatur, & deponit, facit indicium: num. 10. 11. 12. 13. 14.

C A P I T U L U M . X.



Vm dilecti. ¶ Si s, contra quē inquiritur, iurauit tantum ad interrogata respondere, post confessionem auditur, uolens excusationem probare, quā confessionem non perimat, sed exponat: secus, si iurauit plenam & meram ueritatem dicere. Hoc dicit: & diuide, ut per Doct. & est deciso sing. in iure.

¶ Per istum text. dicit Bal. in c. s. item si usallus. in ult. col. ti. de contro. inuesti. quōd si quis fuerit confessus fecisse homicidium, potest allegare se fecisse ad sui defensionem, si iurabit ueraciter ad inquisita respondere: qd intelligas, quād dixit, ad suam necessarium defensionem, ut uoluit Bald. in l. unica. in xvij. col. C. de confes. & in l. i. C. de dona. ante nupt. & dicam in c. significasti. el ij. de homici. ¶ Per istum text. insertur ad dictum Bal. in l. presbyteri. laj. uer. quartō not. C. de episcopis & cle. ubi dicit, colligi formam iuramenti te-

a stis^a, quā debet esse talis, Iuro meram & plenam dicere ueritatem pro utrāq; parte super his, super quibus sum p̄ductus, & de quibus fuero interrogatus. Vnde postquam testis deposituit, correctione non excusat testem, nec presumit recordatio ueritatis ante aperturam testimoniū. Et allegat Inno. hīc.

¶ Per tertīo, qd duplīcī forma potest recipi iuramentū ab illo, cōtra quem inquiritur: & cogit ueritatem ad interrogata respondere. De quo colligunt duo. Primum, qd iuramentū exigunt in causa criminali: de quo in c. de iura. cal. & in l. j. C. eo. tit. Secundū, qd positioni criminis, sā est respondentū: de quo in c. dudum. de elect. & per Bald. in l. Marcellus. f. re amo. ubi cōcludit, qd non debet responderi per uerbū Credit, uel Non credit: quā meū credere nō facit esse delictū illud, quod non esset, l. inter omnes. s. recte. ff. de fur. sed debet responderi de ueritate. Patet in toto titulo de quāstio. ff. & C. & in d. l. Marcellus. Et de hoc, quando quis nō teneat respondere positioni criminis, uide Inno. in c. i. post prin. glos. de confess. & in c. inquisitionis. in glos. Ex hoc loco not. in prin. j. eo. & in c. cūm causam. circa prin. de testi. & Spec. tit. depositi. s. vj. uer. & scias seruari. C. de iu. cal. & Bald. in l. j. C. quomodo & quādo iud. & in l. j. C. de pena iud. qui ma. jud. & in l. s. posse idetis. C. de proba. & Pet. de Anch. in c. i. in pen. col. de confes. in y. & Arch. & Domi. in c. forum. & in c. ex p̄sonentibus. l. dif. per do. Abb. in c. cūm causam. in x. col. de iura. cal. per Car. in cle. sepe. in xxij. q. de uer. sig. per glo. quā incipit, sed opponitur. in l. qui iurasse. s. j. ff. de iure iur. per Bar. in l. fin. ff. de his, quibus ut īdig. & in l. qui accusare. C. qui accus. & Francis. Tigr. in l. j. C. ut quā desunt aduo. & Bart. in l. quoties. s. j. ff. de noxali. & in l. si à te. ff. de except. rei iud. & Bald. in d. l. Marcellus. Et dic, ut ibi per Bartol. notabiliter.

¶ No.

¶ No. quartō, quād quando super processu iudicium oritur dubitatio, recurrit ad eos: & sic iudices possunt esse testes de his, quā gerentur coram eis. Dicit tamen Hosti. & loan. And. hīc, quicquid dicit Inno. hīc, quād isti requiruntur, ut faciant plenam fidem: de quo in c. cūm à nobis. de testi. Nec in iudicio, sed deposito iudicio potest testificari, dum modō ex hoc non sequatur eiſa laus, uel uituperium. Et dicit hīc do. Card. quād hīc non fuerunt interrogati, tanquam testes. Patet in uer. iniunire. quia si essent testes, mandaretur legatis, ut examinarent, non illis, quād int̄imarent. Fatetur tamē, quād etiam, tanquam testes, potuerint examinari. Facit, quod habetur in c. præsens clericus. xx. q. ij. secundū, dum loan. de Ana. hīc. Adde elegans dictum Bart. in authen. nīs breuiores. C. de senten. ex breuic. rec. ubi in hac materia dicit, quād si sit data potestas arbitratori procedendi de iure, aut de facto, & determinandi in scriptis, & si ne scriptis, stabilit simplici declarationi arbitratoris pronuntiantis & declarantis sibi constitisse, rem deberi, uel non deberi: quia ita uidentur partes consensisse, quād stetur dicto arbitratoris, dando ei potestatem procedendi sine scriptis. Et sequitur do. Anton. in c. cūm ad sedem. in pe. col. de ref. spo. & in c. præsentia. de renun. & cum ipso trādit Ang. in repe. l. sciendū. in vj. col. ff. de uerb. ob. & do. Ant. in c. quoniam contra. in vj. col. de proba. ¶ Sed contra Bart. in hoc communiter tenetur, ut per do. Anton. de But. in c. Quinta uallis. in vj. arti. de iure iur. & ibi Imol. in xliij. chart. quia non est uerum, qd ex concessione potestatis procedendi, siue in scriptis, inferatur de necessitate partes nō cōsensisse, qd stetur simplici uerbo arbitratoris: quia potuerunt sentire partes, qd satis esset acta probari per testes, & arbitrator non tenetur procedere in scriptis, cum non teneatur seruare ordinem iudiciorum: & ideo acta & probationes factae coram eo, possunt probari per testes, ut declarat Bart. in l. socia. tatem. & arbitrorum. uer. quero, utrum arbitramentū. ff. pro socio. Ut si stari deberet simplici dicto arbitratoris, sequeretur, qd potestas pretendi reductionem penetrat arbitroris potestate: quod est absurdū, arg. c. cūm appellationibus fruolis. de ap. in vj. Et ista opt. sequitur etiam Ang. in d. authen. nīs breuiores. ¶ Item ad intellectum huius text. uide do. Abb. in c. j. in v. col. de arbi. ubi dicit, quād si arbitri super gestis à te alleget aliquam iustam causam, seu excusationem arbitrii sui, non tamen debet omnino credi dicto arbitrorum, sed ex circumstantijs, & ex actis, & ex qualitate eorum arbitrorum superior admittet istam excusationem, uel non. Et de hoc dicit esse bonum text. cum glo.

b hīc. ¶ Item tē de hac materia^b, quando item de hac materia^b iudex possit testificari de gestis coram testi. Vide tu pte. fe. uide eleganter do. Anto. consi. xxix. nē de hoc per eum. incip. Quāstio hāc dubia uulgaria habet. in pe. col. uer. nunquid autem arbitratoris dictum, & latē per Card. qui cōsuluit in eodem factu cum do.

Anton. consi. cxl. incip. In Christi nomine, amen: factum tale est, magister Bartholomeus Manentis. & Bart. Bald. & Salic. in l. ne in arbitrī. C. de arbit. per do. Anton. Imo. do. Abb. & Modernos in c. cūm à nobis. de testi. per Domi. post glo. in c. de concilijs. xvij. dist. per Spec. tit. de teste. s. oppōnitur. in uer. item quod fuit in ea. per Archid. & Domi. in c. statuendum. t. q. vj. per do. Anton. in c. Quinta uallis. in t. col. de iure iur. per loan. de Ana. in c. j. in v. col. de sagit. & per do. Anton.

Felini vj. pars.

niti. Ad hoc l. p. ff. de condi. ob causam. & per glos. in l.
2 iustus fusium. ff. de infami. ¶ Tertiò, nisi treus dicat se

Tertiò, nisi
reus] Adde tu, q
et quartò fallit,
quando reus spon-
te fuit confessus ma-
leficium, et datum
fuit terminus ipsi
reo per iudicem
ad facienda sua
defensionib; in quo
termino ipse reus
renunciavit: nam
tunc poterit incò-
lentibus iustificari,
ex quo renuncia-
uit termino: et
sic certū est, ipsum
non habens defen-
siones. Ita Bal. in
I. si accusatoribus.
Col. ij. C. de accus.
E ibi dicit, q. pra-
dicta totoius mun-
dita obseruat, et
idem in rubrica
q. de pac. po. et
ibi, q. confessus spō-
te et solēniter de-
lictū in iudicio po-
test renunciare de-
fensionib;. Quin-
sā adde, q. regulā
predicta nō pce-
det i exceptionib;
declinatory, qb.
i capitali causa qg
potest renunciare.
Ita Bal. in d. si ac-
cusingib;. Sexiò
adde, q. quis po-
terit defensionib;
confessib; in
apicibus legj, vel
statutorum renū-
ciare. Ita Bal. c. cū
venissent. in fi. de
testi. Et id si ac-
cusingib;. Et sic
habes sextam lini-
onem. Et adde
Septimā, ut p. Bal.
in l. nā et postea.
q. si minor. ff. de iu-
reui. que est, q. te-
net renunciatio,
quando per talēm
renunciacionē reus
non ledetur: pu-
ta, quia non habet
ret liquidas pba-
tiones. Et de mate-
ria uide per Ang.
Are. in trac. male-
fic. in gl. compare
re inquisiti, &c.

Et quādo] Ada-
de Alex. in causis

b Et quādo] Ada
de Alex. in confi. no.tamen sing.de testi.ubi dicit,quō
quando testis confitetur crīmē, que

prima facie præsumitur esse crimen a
liquod, tamen aliquo casu potest fieri
licité, tunc tale crimen non repelit pe-
nitius testem de iure canonico, sed di-
minuit eius fidem, quod dicit singula
f. col. si uer. acce-
dit. iij. uol. et eis
de in cōsil. ccxxx.
iij. col. iij. uers. non
cōfit. v. uol.

riter limitare c. testimonium. eo. t. Mo
tetur ex his, quæ scribunt Inn. & do. Anto. in c. iij. de at-
bit. ut ibi per ipsum. ¶ Pro quo adduco no. dictum Inf.
in c. dudum. el. iij. in penul. col. in gl. quæ incipit; q; ele-
ctionis tempore. de ele. ubi dicit, quod si probatur cle-
ricū esse ueuatorē, interpretabif; q; causa licita recrea-
tionis hoc agat. ¶ Posset tamen fieri una consideratio,
an loquamur in sonantibus crimen, quæ per partē p-
batur, vel per reum confitetur. Primo casu fiat benigna
interpretatio, per no. in locis proximè alleg. & per Bar.
in d. l. non solum, & do. Ab. c. in præsentia. in iiii. col. de
proba. & in c. auditis. de præscrip. quia probatio debet
de necessitate concludere, præcipue in criminalibus; c.
in præsentia, de pba. iuncta l. scient. C. eo. & dixi ē. eo. in
c. super his. ¶ Secundo casu, quando per cōfessionem
sit secus: quia interpretatur contra cōfitementem, per hno.
in l. j. C. de confel. & in c. f. eo. tit. Facit singulare dictum
Sal. in l. de tutela. C. de in integ. rest. minot. ubi dicit, q;
uerbo falso potest intelligi re ipsa abscl. consilio, seu p-
positio: quod dicit no. pro testibus, & etiam pro illis, q;
dicit alij. Tu falsum dicens: nam nō inferi, q; ipse dicat,
q; ille ex certa scientia, & sic dolosè loquatur: & per con-
sequens ex illis verbis non infertur iniuria, cum omne
non uerū, sit in se falsum, per illum text. coniungit gl. &
est text. licet ipse non dicat in authē. de fide inst. in pris.
¶ No. octauo, quod dicit ille, qui iurat dicere meram &
puram ueritatem, nō debet aliquid facere, quod seferat, nec
exprimere falsum: quia parla sunt, tacete uerum; & ex-
primere falsum. I. presubvenit C. de ent.

primere talium, i. presbyteri. C. de episc.
eo. & cler. Et sic facit ad q. illâ, si accus-
atus, uel inquisitus negat delictum,
deinde cù est probatum per testes, uult
se excusare: putâ, si negauerit homici-
diu, uult probare, q fecerit ad sui de-
fensionē, utrum posuit iste text. facit,
q non: de quo remittunt Doctores ad
no. per lo. An. in regula, nullus pluri-
bus. lib. vi. Et dic, ut plenè habetur per
Bal. in authen. cōtrâ qui propriam. in
pe. col. C. de non nume. pec. qui recita-
tis op. Di. lac. de Aret. & Bart. dicit, q
quidam aſſlōres tenent, q aut reus
iurauit sub prima forma, de qua hīc:
& negauit, q non posuit postea uenire
contra primum iuramentū: secus, si iu-
rauit simpliciter respōdere ueritatem:
quia negotio non est modus perimen-
dā defensionis, nec est de natura ne-
gationis: quia conueniat ad punien-
dum: ergo non debet inducere pœ-
nam, uel obligationem, que non est.
Et pro hoc dicunt esse catum no. hīc.
Sed Bal. dicit, quod iſtud c. loquitur in cōfessione pro-
pria, ex qua est quæſitum ius aduersario. Allegat, quod
habetur in c. uenerabilibus. s. secus. de sent. excō. in vj.
Sed negans bene potest perimere suam negationem &
emendare etiam postlit. contest. ut in d. authen. con-
trâ, qui propriam: quia non est ex negatione ius quæ-
ſitum aduersario: quia in illa non consentit, nec iliam
aceperauit. Et dicit, quod hæc est propria ratio, l. nemo
ex his. ff. de reg. iur. Et cum hoc dicto transit loan. de A-
na. hīc. Vide etiam de hac q. per do. Anton. & alios in c.
fin. de sol. per Bald. in c. j. & item si ualassis. in ult. col. tit.
de contro. inuesti. per lac. de Are. Cy. Bart. & Salic. in
d. authen. contrâ qui propriam. per Bart. in 1. eum, qui.
ff. de iure iur. & in l. in l. fulam. ff. de acqui. re. domi. & Bal.

In l. tubemus. C. de app. Et ibi ponit, quid si negauerit,
sed uult probare se fecisse ad sui defensionem? Et pon-
derabo text. in Læcito. s. neq; hæredi. ff. de noxali. & in
l. iij. s. si uero falso. & ibi Docto. ff. ex nox. cau. ag. ¶ No-
nonò, quod quando aliquis examinatur in secreto, s.
dicat minus scriptum. ¶ fuerit per eum dictum, statu-

a Si dicat] De hoc per Alex. in confil. lxx. col. f. in f. in i. uol. et cō fil. lxxiiij. col. iiiij. uer. fortificantur predicta. & uide per eundem Feli. in c. ad audientiā. col. ij. uers. ad il- lud, quod tangit.

¶ regulariter, ubi cuncti error est tolerans,
rabitiss, præsumit magis error, quam malitia. Et cum istis tractantur
sit hic loan. de Ana. Addre Bart. idem tenentem in d. l.
quoties. s. j. uer. tertio no. optimam legendam ad excusationem
nem notariorum. Et in hoc uide Bart. in l. nec exemplum
C. de falsis. & in l. prædia. ff. de acqui. pos. & Bald. in
l. j. in x. col. uer. modò sequitur. C. de confess. & in l. ex
his. C. de test. mil. & in l. captatorias. uer. quintò oppo
no. C. eo. tit. & Bart. in confilio, quod incipit, Tuditius
nus quidam. & in l. j. si quis neget. in j. col. ff. quemadmodum
test. aper. In quibus locis habetur, quando notarius
excusetur, uel etiam alius, qui errauit, ut præsumatur
potius error, quam malitia, nisi suadeant coniecturam.
Et ad illud de teste secreta examinato, qui dicunt se alite.

dixisse, quām scriptū sit, uide omnino Roma. in l. i. § fin. in v. col. ff. de uestib. oblig. per Bart. Angel. & Imol. in l. i. §. si quis neget. ff. quemad. test. aper. per Bald. in c. l. teras. in ij. col. de præsum. per do. Ab. in c. cū causulis. el. j. de testi. per Imo. in clem. i. in fin. de hære. & ibi Card. in §. fin. uer. tertio quarto. per Pet. de Anch. in c. cū ab uno. de re iud. in vij. per Inno. & Imo. in c. cū Ioannes. defi. instru. per Inno. c. in c. quoniam contra. de prob. per do. Floria. l. de atate. ff. de prob. per do. Abb. in d. c. ad audentiam. in ij. col. & in c. sicur. de testi. per Bald. in l. i. in iiiij. col. in apostillis. ff. de testi. per Salic. in l. i. quis decurio. C. de fal. & do. Anton. in c. cū parati. de app. in pe. col. & do. Anton. in c. quoniam contra. in xvij. col. de prob. per Specul. tit. de instru. edi. §. restat uer. quid si. dum attestationes: & in tit. de testi. §. j. uerit. sed pone. ecce iudex. ¶ No. decimō duplicitum formam iuramenti contra inquisitum: & dicit Hosti. quod quidam miscent has duas formas. quod uidetur commēdabile. iuxta illud. Dulcis rerum mixtura bonarū. xij. dist. nouit. ad fi. Dicit tamen. quid in prima forma ei periculum perfurit. Facit c. clericos. de coha. cler. Istud etiam dicit hic do. Card. quia pauci repensur hodie. qui plenam & meram ueritatem dicant. Inno. uero in c. c. l. cit. Heli. de simo. uidetur dicere. quod ubi inquiritur super certis criminibus. potest dici. quod iuretur secundum primam formam: sed quando super statu ecclesiast. propter euitandum anceps perfurit. iuretur secundum secundam formam: & sequitur lo. An. & do. Ant. Et dicit loan. de Imol. q. uidetur. q. etiā isto secundum casu possit exigere iuramentum de plena ueritate dicenda. per id. quod dicitur s. c. prox. in fi. Et istud etiam tenet do. Abb. quia tex. in c. proximē præcedent. ad fin. dicit. illam formam seruandam in similibus. & ideo cōcludit. q. iudex semper debet exigere iuramentum super illa forma: & si non facit. male facit: nec dicit hic. q. bene fecerit. sed solum queritur. q. admittatur excusatio. quando sub illa forma iuratum est. Posset tamen dici. secundum lo. de Ana. q. ille tex. loquitur in forma iur.

ramenti; quod desertur testibus non inquisitis. ¶ No-
undecimò & ultimò. q̄ quis non videtur p̄fici

b care cōfessionē suam, etiam ante sen-
tentiam: q uidetur contra ea, quā ha-
bentur in c. fi. de confel. & C. de iur. &
fac. ig. l.error. Sed quidā dūcunt, q illa
iura procedunt, quando illa cōfessio
nō fuit iurata. Vbi autem fuit iurata,
tūc attendenda est forma iuramenti, ut
hīc uidetur. Sed hāc solutio non pla-
cer Host. quia aliud est confessionem
uelle ex errore reuocare (Quo calu lo-
quūtur iura p̄allegata, Et uide etiā,
q tunc id fieri posſit, licet fuerit iura-
ta, per id, quod legitur & ho. in c. de
iureiu. li.vi). De quo, plenē dīc, ut in d.
c. fi. de confel.) aliud est uelle excusare
confessionē: Et tūc habet locum pro-
prioste tex. Sunt enim ista diuersa: nā
quando quis uult probare errorē, o-
portet, q p̄bet cōtrariū eius, quod est
confessus, ut no. in d. c. fi. Sed quando
uult excusare, tunc nō uenit cōtra cō-
fessionē sed, uult dare ei intellectum,
quem habuit sī cōſtendo, fm lo.
de Ana. & plenius lmo. hīc: quod no-

b Reuocare con-
fessionē] De hoc
uide p Franc. Are.
in col. cxlvij, per
totū: & per Car.
in cons. col. iij. ubi,
q. in causa ap-
pellatiōis poterit
reuocari etiā pēri
convictum et cō-
fessum, quod est
noxabile. Et quan-
do cōfessio dell
berata, uel genu-
nata possit reuoc-
ari, uide per eun-
dē Fel. in c. cū uca-
nerabilis. col. iij. s.
de except. uer. dī-
tagit Abb. Et uila-
tra adducta p. cē
ibi adde Alex. in

¶ Et de hoc, an cōfessio iurata possit
reuocari, uide per Roma. tenetē, q̄ sic
in l. si terro. s. de uito, in xxij. fallenia,
ad fi. ff. sol. ma. ubi dicit, q̄ quādo quis
uult docere se errasse, si probat id fal-
sum, quod putabat uerum, nō dicitur
fuisse periurus, per c. quāto. de iure iur.
Et de hoc omnino uide lmo. plenē ex-
aminatē, cui nihil addidit potest, in rep.
c. cū contingat, in xxixj. char. de iure iur.
Tetigit Bal. in l. trationes. finij. col. C. de
proba. & in auth. quod obtinet, C. eo.
& in rubrica C. res, inter alios acta, in
ult. col. & in l. si creditori. C. de fideic.
& do. Anto. in c. cū dilectus. in pe. col.
& de fucef. id est Bar. in l. cū quis
decedens. s. codicillis. de leg. ij. & in l.
cum pater. s. filius matrem. de leg. ij. &
Ang. in auth. de iure iur. à mortiente
præfici. circa fi. & qd̄ not. Domi. in c. fi.
in pe. col. post gl. ibi in uer. iusta cauila.
de iure iur. lib. vj. Per quem text. proba-
tur, quod possit reuocari, docto de er-
rone, s. c. et c. difficultiū: quia periuramē-
tū præsumitur maior deliberaatio, si
cū dicitur de cōfessione facta post ter-
minum ad deliberaṭē respondendū,
per gl. in c. ex literis. in uer. admonita-
de diuor. Quam intellige & declara-
per ea, quæ ibi dixi, quæ seruūt ad in-
tellectūm predicatorum. ¶ In gl. in uer.
bo, responsonem. in fi. Hoc dic, ut
dictum fuit s. in iij. no. ¶ In glo. in uer.
retoqueri. in fi. Ita gl. uideatur contra
tex. Nam hīc fiebat interpretatio con-
fessionis in deteriorem partē, nisi fuis-
set secuta excusatio & excusationis p-
batio: & ideo dic, ut dictum est in notabilibus, q̄ quā-
dam sunt, quæ pariter possunt retoqueri ad bonū &
ad malū: & tunc cīedā est interpretatio in meliorem
partem. Et sic intellige iura allegata in gl. Quādā sunt,
quæ licet possint retoqueri ad bonū & ad malū, habent tamē prima fronte respectū ad malū, & so-
nant ad uitium: & tunc fit interpretatio in deteriorem
partem. De hoc est tex. hīc. Idem fortius, quādā

sunt mala in se: & licet possint excusari, tamē recipiunt interpretationem in deteriorem partē, ut in c. f. de trās-
lat. prāla. secundum do. Ab. hic. ¶ In gl. in uer. ex causa,
in f. tangit hic lo. An. post Hosti. quomodo multis mo-
dis sumit in iure Causa: quia quandoq; pro iudicīo
li consiliū certarum personarum: quandoq; pro utili-
tate res: quandoq; pro certa specie: quandoq; pro titu-
lo: quandoq; pro honore: quādoq; pro fructu rei: quā-
doq; p̄to cōtractu: quandoq; pro actione: & quādoq; pro
pro intentione. Et hoc ultimo modo sumit hic. De om-
nibus istis prosequitur hic lo. Ann. allegādo iura. ¶ Ade-
de, secundum Imo. quod no. lo. Mo. c. ij. de iur. cal. in vj.
ubi dicit, q; causa est impulsus quidam ad aliquid agen-
dum: sed ratio est ordo gerendorū in causa uenientiū:
& sic causā potest esse sine ratione, sed nō econtrā. Sed
tandem dicit, q; secundum Artistas causa est, ad cuius
causam aliud sequitur. Et dicit, q; sunt quatuor causæ
duæ essendi, super quibus comprehenditur efficiens &
finalis, de quibus per eum in proœ. v. li. Dicitur quan-
doq; causa exempli specificatio. I. si ex plagijs. ff. ad l. A-
quili. ibi. ius in causa positum, id est accidentia facit, se-
cundum Imo. hic. Et istis addne no. per Bal. in l. f. fol. ma.
ubi dicit, q; si constitū procuratorem ad causas, quā-
uis causa proprie dicat post lit. contest. in eum, tamē
poterit producere libellum, qui accipit pro actione, ut
ibi in uer. dotis causa, cum gl. Et in quo differat causa à
lito: Bar. in l. causas, uel lites. C. de transac. quia lis tantū
dicitur post lit. cōtest. sed causa dicitur tam antē, quām
pōst. Probatur in auth. qui semel. C. quomodo & quā-
do iud. & in c. ex parte. ei iij. de uer. sig. de quo per Bart.
in l. qui Rom. s. Callimachus. ff. de uer. obli. per Bald.
Sal. & omnes in d. l. causas, per Ang. consi. exc. per Pau.
de Leaza. in cle. u. lit. pe. & in cle. j. de procu. Et in quo
differat causa & occasio, uide per do. Abb. in c. solita. in
ij. no. de ma. & obe. per Bart. & Sal. in l. fori. C. de aduo.
di. iud. per gl. in c. per tuas. in uer. occasio. & in c. de ca-
tero. in uer. de diffe. & ibi do. Abb. de homic. & per do.
Abb. in c. j. in j. col. ut ec. benefi. per Roma. in l. iij. s. fin. in
ij. col. ff. de dom. per Pau. de Cast. in l. certi cōdictio. per
illum text. ff. si cer. per. ¶ In glo. in uer. dilapidationem.
ibi, & nihil minus. No. text. coniuncta glo. secundum
do. Abb. & Ana. quōd ille, qui recipit res naufragij, co-
mittit furtum. Sed contra hoc facit tex. in l. falsu. s. fur-
tum. ff. de fur. Sed distingue, secundum Bar. ibi in l. sed
nec legatarius. ff. de cond. fur. & in l. si abducta. C. de
fur. quōd aut res ex naufragio erat habita pro dereli-
cta, & eam recipiens non committit furtum: quia ex
quo illud in nullius bonis est, naturali ratione occu-
panti conceditur. Inst. de rer. diut. s. qua ratione. Si ue-
rō res non erat habita pro derelicta, sed fuit proiecta,
ut euaderet maius periculum: & tunc, cum proiectis
remaneat dominus, eam occupans animo retinendi
committit furtum, ut in glo. Et si simpliciter accipit
rem proiectam, nihil considerando, an habeatur pro
derelicta, excusat furoit, ut est ibi text. secundū p̄z-
dictos. ¶ Quibus adde, quōd ista multum faciunt con-
tra tex. no. strum. & ea, quā s. dicta sunt. Nam si in du-
bio recipiens non dicitur committere furtum rei inuē-
ta, sed ut illam reseruet; ergo episcopus, de quo hic, ex
confessione, q; receperit res ex naufragio, non debebat
damnari, qualicunq; forma iuramenti p̄cessisset. Et
hoc motiuum fortissime stringit, secundum do. Maria.
hic, nisi forte dicas, q; erat p̄sumptio aliqua contra
eum propter aliquas conjecturas, uel circumstantias,
utputā quia passi naufragium deuenierūt ad illum lo-
cum, ubi erat episcopus, & conquesti de rebus amissi-
tion fuerunt audit, uel quid simile. Vel dic, q; respectu
illius articuli esset accipienda benignior pars in dubio:
fecus tamē in alijs duobus, dilapidationis & simonia.
¶ Virtùm autem sit p̄sumendum, quōd t̄ proiectis
rem si mari habuerit eam pro derelicta, uel non dic.

ut per Bart. in d. s. si factum. quem refert hic do. Abb. & Iōan. de Aha. quia recurritur ad conjecturas. Vnde si proiecisset librum apertum. presumitur. quod haberet cum pro derelicto: si uero clausum. inuolutor pannis cereis. uel sericis. secus esset: & hoc exemplū etiam posuit gl. in l. i. s. h. ff. ad l. Rho. de iac. & gl. & Bart. in s. si factum. In quo tamen esset consideranda causa. propter quam proiecit: nam forte erat tanta tempestas. uel tumultus maris. quod non aduertebat. an clausum. an apertum proserpet. secundum do. Maria. h. c. & b. e. ¶ Vtrum fuit autem hō repertiens. ad quē pertinet. polvit eam licetē retinere: Dic. ut per do. Abb. h. c. & in c. fin. de furt. & in c. dudum. el. si. de elec. post do. Ant. ibi: & Bart. in d. l. falsus. s. qui aliena. quod aut putauit eam rē pto derelicta habitat. sicut non esset. & tunc potest eam usucapere. ff. pro detelic. per totum. Aut hoc non putauit: & tunc si non reperit dominum facta proclamatio ne. debet eam donare pauperibus. arg. in autheti. omnes peregrini. s. succelsionibus. C. com. de succel. Facit. quod legitur & not. xiiij. q. v. si quid inuenisti & quod no. in c. quia frustra. de usur. Consultur autem recipien ti rem alienam. si uult euistare suspicione furti. ut faciat praconizari & intimari rei inuentionem. ut probatur in l. falsus. s. qui alienum. ff. de furt. no. gl. in c. quia frustra. de usur. Et si quid expendit iste inuentor. recuperat a domino. ut ibi no. Quinim dixit no. Hosti. in c. dudum. el. ij. non esse iniquum dicere. ut aliquid de tur inuentori. ut inducatur potius ad declarandum. si ue in indicandum. quam ad celandum: arg. optimum in l. iij. in f. ff. de cond. ob. tur. cau. Quod dictum no. secū dum do. Abb. ibi in viij. col. qui dicit. tamen hoc ture a perto non probari: nam d. l. iij. loquitur. quandoq; quis à principio conuenit cum domino. ut aliquid accipiat indicando seruum fugitiuum: nam tunc ualeat conuen tio. ut ibi. & hoc forte. quia seruu fugitiuus non erat a pud istum indicatorem. Sed quādo res est apud eum. differendo restitutionem contractat rem alienā in uito dño: & sic uide committere furtū. Dicit tñ dixit Hosti. esse no. in practica. Sed mirum est. q. do. Ab. in hoc non uiderit Bart. in l. falsus. s. qui alienum. ff. de furt. ubi con cludit. q. qñ res prædicta est iam inuenta. non potest pe ti precium inuentionis. ut probari ibi tex. quia cū illud debeat facere gratis. petendo dicitur turpiter facere. l. pen. ff. de cond. ob. tur. cau. Si uero non est inuenta. sed inuenientia. tunc potest peti precium futura inuen tionis. per l. idem. s. si tibi ob indicium. ff. de cond. ob. tur. cau. Putat etiam ibi Bart. q. si pro re tua inuenientia aliquid expendam. teneris mihi ad illud restituendum actione negotiorum gestorum. Et dicit Ang. in d. s. qui alienum. q. si in inquisitione dicat ludex inquiriens. q. talis subraxis. tot porcos contra uoluntatem domini porcorum: procedit enim inquisitio. licet nullus nomi natus fuerit. Et ita dicit suis in contradictorio iudicio obtentum in ciuitate Perulis contra quosdam. qui furati fuerunt. Et istis addit tex. gl. & Archi. in c. si quid inuenisti. xiiij. q. v. ubi habes de inuenientibus pecunias in loco proprio. alieno. uel publico. &c. ¶ In glos. fin. Per istum text. & glos. dicebat Abb. antiquus. q. uidebatur posse capi de confessione id. quod nocet. & non arca riad id. quod prodest: de quo remittit ad no. in c. cum super. de concess. præb. ¶ Et addit. secū dum do. Car. h. c. modum confessio nis a Pro parte acce & interrogatio nis. Et tan c. confessio pos ptari] Quādo cō sit pro parte acceptari³. & p. parte repudiari⁴. Remittit hic Imo. ad no. per lo. An. in c. j. de confes. lib. vi. per Bart. in l. Aurelius. s. idem quāsi. ff. de lib. leg. p. Cy. in l. si prædicti. C. de do. ante nup. Et dixit se dixisse in c. fi. & in c. ex parte decani. de rescri. & notat h. c. lo. de A. galicer eum non nominaverit. Adde

gl. singula. & ibi omnes Sribentes, in c. cum uenissent. in uer. probatum. de insti. per Innoc. in c. olim. de censi. per do. Maria. in repe. c. qualiter. q. xj. art. lxxxvij. J. eod. per Roma. in l. j. si quis simpliciter. in f. col. ff. de verb. oblig. per do. Abb. in c. præterea. el f. in f. no. de transac. & bo. tex. in c. tua nos. de spon. & ibi do. Abb. & per do. Ab. in c. audit. in ult. col. de præscrip. per Bal. & Sali. in d. si præfidi. per Sali. in d. si quidem. & in l. in iij. col. C. de confes. per Bart. in l. quadam. s. fin. ff. de eden. per do. Abb. post alios in c. bona. el f. de postu. præla. per Bald. in l. j. C. de eden. per Petr. de Ancha. qui eum refert. in cle. j. s. de usur. per Bald. in l. cum precum. C. de lib. causa. & in rub. C. de fide instr. in xij. col. per Doclo. in c. cum uenerabilis. de excep. per Bal. in l. codicillum. C. de codicil. per Imo. in l. decem. de verb. oblig. Et in hoc occurrit uidere, qua dicantur capitula separata. & qua non: quod qualiter intelligatur, uide Inno. in c. fraternitatis. de haret. & Bart. in d. s. idem quaest. & Bald. in l. j. C. de re iud. in f. col. & in l. ampliore. C. de app. & Bart. in l. iij. s. filius. de lib. & posthu. & omnino Pet. de Ancha. consi. ccij. & consilio sequenti, quod incipit. In quaestione suprà dicta. &c. ¶ Extra glos. scias allegare quedam pulchra dicta Doctorum hic. Primo no. secundum Ioan. And. quod aliquando quis remouetur ab episcopatu: quod rarò est, secundu: eum: & cōcordat c. ueritatis. de do. & contu. & c. ex literis. de excels. prala. Et dicit do. Car. hīc. & in ista compilatione non meminit, nisi istos tres casus. Et confidera, q. omnes sunt Innocetii III. Vide tamen Spec. tit. de accus. s. secundo loco. uer. & no. ubi refert, q. Clemens Papa IIII. publicè tulit in p. latio suo Viterbij sententiam depositionis in x. episcopos tuc ibi præsentes, pro eo, q. adhaferant Mansfredo principi Tarentino, qui regnum Sicilia occupauerat; & eius coronationi interfuerant. Et addit. tex. in c. excōmunicamus. s. j. de haret. ubi est alijs casus, in quo deponitur episcopus ab episcopatu: & lo. de Ana. ibi. & in rub. j. de cle. excommu. in j. col. reprehendit do. Car. hīc. de defectu memorie: sed melius fuisse, q. eum reprehendit hīc. Posset etiam allegari c. fin. de exate & qualitate. ¶ Secundu: no. elegans & aureum dictum, quod ponit Inn. hic in gl. qua incipit, hīc: circa f. ubi tangēs, quod s. posui, quando examinatur iudex super gestis à se, remorās quosdam casus: in quibus testis alijs inhabiliis propter difficultatem probacionum admittitur: subdit ista uerba, neq. ualeat horū dictum, tāquam testium, sed ad præsumptionem^a tantum facit. Vnde etiam post testi aperitionem tales quarēuntur, & ante productionem testi. Et dicit esse arg. opt. in c. prælens. xx. q. iij. Et hoc dictu: non uidentē legisse moderni scribentes hīc: sed ipsum refert no. Bal. in l. etiā. ff. de proba. dicens, q. testimonium matris & auta p. filio facit indicium. Allegat Inn. hīc, qui hoc dicit: & reperio Ang. in l. fi. C. de testi. ubi dicit, q. dispositio c. fraternitatis. de testi. ubi publicatis attestacionibus nō producatur testes super istidem capitulis, nō habet locū in testibus, q. producuntur ad præsumptionem probadū: & alle. Inn. hīc, qui hoc dicit. Et ad hoc propositum uide multa dicta elegātia, qua ponit Lud. Ro. in l. li. uero. s. de uiro. in ult. fallētia, ff. sol. mat. ubi per similia confirmat dictu: Inn. hīc: & aliter nō refero: quia nihil ad iē. Sed in terminis addit. Bart.^b post gl. in l. maritus. uer. ulterius qua. ro. ff. de quaestio, ubi dicit, q. testis, qui non debet examinari, examinatus facit indicium. Et non, do. Ab. in c. ex literis.

^a Ad præsumptionem^a nem tantum! Vi- de de hoc tu per eundem Feli. in c. cū. & A. col. iij. uer. demū in qua- tum. 3. de re iud. Eladde, quomodo intelligatur, q. nō idonei admittun- tur, ubi alie pro- bationes nō sunt. Elid. ut p. Alex. in consiliis. col. ij. & iiij. in j. col. & in consiliis. col. iuer. item posito. & col. iij. uer. nō obstant. in v. uol. & aliquid per As- ret. in conf. xij.

^b Adde Bart.] Vi de ibi plenē p. A- lex. in addi. & p. Ang. Are. in trac.

Item Labeo. s. f. fami. er. De quo meminit Bal. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. Et bene facit, quod no. gl. & Doc. in c. cum contingat. de fo. compe. Et qd in tali casu testis nullum faciat indicium, dicit se allegare causum no. in authen. de testi. s. si uero dicatur circa pr. ubi tex. inquit, qd habetur perinde, ac si nunquam fuerit examinat. & hoc est, quod dicit Bart. in l. ille, à quo, s. si de testamento. f. ad Treb. qd reservatio exceptioni ope rat, qd si postea pateat de veritate exceptioni, omnia retro sunt nulla. Illud aut, quod uoluit Bar. in d. l. marie, est uerū, qd fieret examinatione parte non opponente. & forte ex interrogatione facta ipsi testi constaret ipsum esse inhabilem, uel criminofum, ut dicit tex. in c. inquisitionis. s. pe. j. eo. & ibi per Inn. & per Bald. in authen. si dicatur. C. de testi. Ita ad literam scribit do. Fran. ubi s. Cum quo nunc transeo, solum addens, qd text. in d. s. si uero dicatur, non cātāt, prout ipse dicit sed simpliciter dicit, non utetur eius testimonio. ¶ Sexto limita & de clara, ut faciat indicium, sed non ad efficacem condemnationem, nisi suppleatur per alias probationes, secundum Bal. in l. seruos. C. de testi. ubi in paucis magistris liter declarat istum passum, dicens, qd indicium est duplex: s. facti, aut iuris. Ex indicio facti dirigit iudicem in uia prosecutionis & tale indicium potest per quēcū fieri. l. qui ultimō. ff. de penis. Indicium aut uiris est, qd habet effectum aliquid iuris: & est duplex, quoddam dirigit iudicem in uia habenda quaestionis, ut in tortura: quoddam intruit iudicem simul cum alijs administris in via condemnationis & sententiae. Quod ergo est, utrum non idoneus testis faciat hoc indicium. Vnde primo modo, ut ueniāt ad torturā testes prohibiti à limite depositionis, nō faciūt hoc indicium, l. libertorū. C. de testi. Sed testes, qui non sunt prohibiti à limite depositionis, tñ non sunt idonei ad plenam efficaciam probationis, bene faciunt hoc indicium. l. serui. ff. de testi. l. que ro. in f. ff. de adīl. edi. ubi bonus tex. Si uero loquimur, quantū ad efficacē cōdēnationē, nullus est testis ad cōdēnationē idoneus, nisi suppleat per alias probationes, l. fol. C. de teste. arg. l. si quis ex argentiis. s. f. ff. de ede, secundū Bal. ibi, quem ad literam retuli pro maiori utilitate uestra. ¶ Testis adde Bal. in l. si duo patroni. in prin. ff. de iure. ubi dicit, qd ista qualisqualis prāsumptio surgēt ex tali indicio, operatur duos effectus. Primus est, qd ubi sit par & equalis probatio, preualeat illa probatio, qua habet qualēquale prāsumptionē adiunctā. Facit c. licet causam. de proba. & in l. clam possidere. ff. de acqui. pos. put uenit no. secundū Bal. in qualisquali prāsumptione, qua insurgit ex re inter alios acta, qua licet alijs non praejudicet, attamen facit qualequale prājudicū. Facit l. asinā. ff. de ap. & l. sape. ff. de re iud. ¶ Secundus effectus ex mēte Gul. de Cug. & Bal. in d. l. si duo patroni. est, ut ista qualisqualis prāsumptio faciat, ut iudex faueat in delatione iuramenti in supplementum probationis. Et istud dicit Bal. multum commendabat quoddam do. Alb. modernus, hoc solum ponens in hac materia in tractatu de teste, in xxvij. char. uer. sed dubitat. Sed non uudit Bal. in c. sacramētum, in tit. de consue. recti feudi. in feudi, ubi tenet, qd tale indicium nō opereat quo ad delationē iuramenti. Nihilo minus qd imo opereat, adduco illud dicit do. Ant. quod omnes. Doc. reputat singularissimū in c. pe. in iiii. col. de re iud. ubi dicit, qd illud quātēquale prādictū, qd infert ex sententia h̄ alii lata, & quipollēt semiplenē probationē habili ad deferendū sacramētū in defūtū semiplenē probationē. Ita dicit tenere Bar. in l. admōnēti. in xiiij. col. uer. quārō, quid si dicta testiū, ff. de iure. ubi dixit, qd si dicta testiū sunt rēcepta inter alias personas, faciunt, quo ad alias, semiplenē probatio, sicut dicimus in sententia. Allegat d. l. asinam. Et dicit Bart. esse uerum in testibus, ipsi nūc examinari nō possunt: alia sibi imputaretur, cur denuo non fa-

ceret examinari, l. f. C. de testi, quod dicitum sequit erādo. Ab. post do. Ant. in c. f. de iure. Sed quantum ad propositum nostrum, non remaneo ex toto clarus. Et quia pūctus est ualde quotidianus, possit dīci, qd istud relinquēdū sit arbitrio iudicis, utrumq. s. propter indicium resultat ex testimonio testis inhabilis, oriatur semiplena probatio: quia dictum dō. Ant. in d. c. pe. non uidetur sine dubio, maximē quia tex. in d. l. asinam, per quem se fundant Doctores, non probat, qd afferat prāfūdū, quo ad semiplenam probationem, sed solum, qd ratione prāfūdū potest appellari. Certum est autē permitti appellare etiā ratione leuis prāfūdū, uel in teresse: puta, ratione solius humanitatis, l. non tantum. ff. de app. Et alibi habet, qd ista dictio Qualisqualis importat, l. dimidiā, ut probatur in l. item apud. s. prator ait, lo. ult. ff. de iniur. Vnde meritō dicitur do. Ab. in d. c. pe. qd licet dictum do. Ant. esset bene notandum, tamē dicit relinquēdū arbitrio iudicis, qui hoc interpretari debet, secundum quod sententia ius absentiū tangit. Et dicit pro hoc facere d. l. si duo patroni. in prin. & l. iij. s. eiusdem. ff. de testi. Pro quo alleg. not. per Lap. alleg. l. j. Ita etiam dicerē in proposito. Et ista perpetuō no. quia non possent utiliora esse in prāctica.

S V M M A R I V M .

1. ¶ Papa debet inquirere per se, uel per uiros probos, quando facta est denunciatio per uiros fide dignos, &c.
2. Citatio an & quando sit de substantia iudicis.
3. Frater potest regulariter testificari pro fratre.
4. Testimonium inimici capitalis an invalidetur, si postea fiat reconciliatio.
5. Inimicitia an cadat in mulierem.
6. Fama per quod homines probetur.
7. Fama sola an probet iudicem iniuste torquere cōparentes coram se.
8. Infamia si sit probata, quid debet index facere.

C A P I T U L U M X I X.

ubi dicit. quod indulgentia aliquando significat con-
cessionem. Facit regula. in dultum. in vj. Aliquando p̄
dispensatione. c. fi. in fi. lxxvij. dist. Aliquando pro ope-
ram da-

ram dare. iuxta illud. Indulgere gula. &c. Vide Bart. &
Bald. & Salic. in l. fi. C. de senten. p. as. ubi dicunt. quod si
in gratia facta bannito. dicatur. Indulgēmus. non recu-
perat bona confiscata: securis si dicatur. Restituimus: de
quo etiam per Imo. & do. Abb. post Card. in c. quia dili-
gentia. de ele. per do. Abb. in c. inter quatuor. de maior.
& obe. per Pet. de Anc. in c. quamuis. de rescri. in vj. per
Ang. & Imo. in l. Gallus. s. & quid si tantum. ff. de lib. &
posthu. per Imo. in c. in nostra. de procu. Vide Bal. in c.
j. vj. col. de iudi. ubi dicit. quod indulgentia non est in
inte. rest. quia ista in integrum restitutio nū quam in-
telligitur. nisi exp̄sē dicatur. ¶ In gl. fi. ibi. cū inter
P. No. perpetuū illum text. quod t̄ iuramentum non
extendit ad ius de nouo superueniens. Vnde dicit ibi.
Card. le consiluisse. & est consilium h. j. quod dispositio-
n. c. j. de pact. in vj. non procedit in filia. succedente
ex testamento. & sc̄ exire nouo. Item ibi inferit Car.
& Imo. quod iurans non recipere insignia alibi. quām
in loco examinis. potest tamē alibi petere. si de nouo
examinetur. propter ius. no. num. Item in ferunt. quod ista
rum pampas pacem ex causa noua. non incurrit pœnam.
nec per curiam. No. etiam Pet. de Anch. in c. nullus. de ex-
lec. in vj. ¶ Extra gl. Facit iste text. quod priuatis omni-
iure collegi. si restitutio. non recuperabit pœnum. lo-
cum. Et ita no. uult. Bart. in l. j. ff. de decu-
rio. maximē quando propter delictum. Facit c. manda-
mus. xix. q. iij. ibi. Ultimus in choro sedeat. ¶ Limita pri-
mo. nisi esset simpliciter amotus à collegio. Ita. ibi.
& Imo. in c. ex transmis. in ult. no. de renun. ¶ Secun-
do limita. nisi fuisset absens simpliciter motu proprio:
quia reuersus quāridocunq; recuperat locum. Ita. Anc.
in c. cū aliquibus. de rescri. in vj. per l. filio. quem
pater. ff. de lib. & posthu. ibi. non translatus. sed redi-
tus. uidetur hoc. nisi esset facta restitutio in integrum
plenisima non obstante aliqua constitutione. Ita pro-
batur ex eo. quod no. Card. in c. quia diligentia. de ele.
& consil. ciiij. ubi dicit. quod licet restitutus ab exilio
non recuperat bona per filium alienata: tamen secus
et. ubi talia uerba apponentur. Idem Salic. in l. fi. C.
de sen. pal.

S V M M A R I V M .

¶ Simoniā committitur ex facto tertij contra ignorantem.
¶ Simoniā causatur ex sola promissione.

C A P I T V L V M X X V I I .

Obis. ¶ Electio simoniaca est cassan-
da. si electoribus propter hoc
promissa est pecunia. licet electus hoc igno-
ret. nisi hoc factum fuerit in fraudem electi.
H. D. ¶ No. q̄ simoniā committitur ex facto tertij con-
tra ignorantem: nec mirum propter magnitudinē cri-
minis. licet alias inhabilitas unius nō rumpat actum.
in quem plures habiles concurrunt. ut in c. de pro-
p. & in c. illa. de elec. Facit tex. in l. si quis ex argentiart. s. j.
ff. de eden. ubi dicit. testis inhabilitis sustentatur pto-
pter dictum habilius. Est glo. no. in l.
iij. s. duæ causæ in uer. eandem fidem.
ff. de Card. edic. No. Angel. consil. j.
Salic. in l. in bona fide. C. de reb. cre-
fi. circa fin. in con-
fil. cxxx. col. fi. in
consil. cxlii. col.
vj. uer. iij. in con-
fil. cxlii. col. iij.
uer. preterea. in
conf. cxxvij. col.
fi. uer. accedit. &
in consil. cxxvij.
col. fi. in fi. Et quo

a. **Habilius.]** Addi-
do. Bart. Soci. in
conf. lxxvij. col.
fi. circa fin. in con-
fil. cxxx. col. fi. in
consil. cxlii. col.
vj. uer. iij. in con-
fil. cxlii. col. iij.
uer. preterea. in
conf. cxxvij. col.
fi. uer. accedit. &
in consil. cxxvij.
col. fi. in fi. Et quo

S V M M A R I V M .

¶ Beneficia plura an & quando quis habere posbit.
2 Redinere uexationem nūquam est licitum. nu. 3. 4. 5.
6 Accipiens aliquid propter uexationem. turpiter recipit. & tenetur
restituere.

C A P I T V L V M X X V I I I .

Ilectus. ¶ Qui dedit prælato suo pe-
cuniā. ne ipsum in iure suo
molestet de facto. illa pecuniā repetit. si præ-
latus promissa nō seruat. sm. Doct. Sed dic
T 2 idem,

idem, si servat, sicut gl. & Car. & bene. ¶ No. tex. meliorem de iure, quod est dare casum, in quo sine aliquo uitio simonia potest quis dare pecuniam pro conservatione iuris spiritualis quae sit. Et ita est casus ad illud, quod licet est quis redimit uexationem suam. Et intellige bene, quod uexatur de facto. ¶ Ita non quod talis pecunia dicitur turpiter accepta, non tamen turpiter data: ergo repetit potest: quia turpitudine est sombra exparte unius. Non obstat. I. j. ff. de cond. ind. ubi soluens scirete in debitu, non repetit: quia fallit, nisi necessitate soluat, ut hinc facit c. & c. debitores. defureat. ¶ Quid autem si sit solvens indebitum in casu istius c. & d. debitores. soluat sponte, de c. & d. debitores. spes de c. & d. debitores. ¶ Exatio significat extorsionem.

1 Presbyter debet gratis ministrare sacramenta. 2 Presbyter habens tenue beneficium, an possit querere uictum articulos?

C A P I T U L U M X X I X.

Vam. ¶ Pro benedictionibus nubentium & exequiis mortuoium, nihil exigitur debet. ¶ No. ibi, exigit. quod exactio significat extorsionem: & ita sit a solente. Ad idem l. fideicomissa. s. si rem. ff. de legi. iij. & in text. c. ad nostr. s. eo. & hoc plene sumendo, licet largi: securus, ut per gl. in l. c. de Card. edic. ¶ Secundum no. quod presbyter debet gratis ministrare spiritualia, ne caliquid capere ex pacto: si autem non ex pacto, sed ex mente sperat, quod postea datur, est simonia mentalis, quae differt ab alia: quia non tenetur restituere acceptum, sed sufficit agere poenitentiam, c. s. eo. Quod inducit Ioan. de Ana. ad canonicos, qui in mente gerunt perceptionem distributionum, alias non cantatur, qui committunt simoniamentalem, ut est gl. sing. in c. in gl. in fin. de cleri. non res. in vj. Additio Card. idem tenentem in cle. j. in vj. no. de cele. mis. & Arch. in c. odi. xxiiij. q. & do. Ab. in c. ex parte, el. j. de off. dele. & lo. de Ana. in c. in iij. col. de collu. Et no. quod canonicus, quando interest diuinis, debet habere suas quotidianas distributiones: alias secus, ut latet per Archid. in c. de cleri. non res. in vj. ¶ In gl. ibi, non detur actio. Circa ualitudinem huius conuentus dicitur, ut hinc per do. Abb. cum quo alii transiunt, concludentem, quod consuetudo habuit initium bonum a spontanea obligatione & uoluntate, procedit gl. & c. ad Apostolicam. secus, si malum, pura, ab exactione. Nec mirum, si talis consuetudo interdicitur in actu merita liberalitatis, contra Bar. plene in l. cum de in rem usq. ff. de usur. cum his, quae dixi post alios, in c. peruenit. de censi. quia illa non procedunt, quod colatio seruitur habet concursum causae urgentis, ut in uafallo, qui ultra debitum dedisset aliquid domino sepe, ut fatetur Bar. ubi s. Et ita est hinc propter respectum ad salutem animarum, in quo fundatur talis annua collatio. Et istis adde, quia dicent in c. ad Apostolicam. j. eo. Et sufficiente x. anni, secundum Docto. cum ista consuetudo sit praeferenda, ut per gl. sing. in c. fi. de cose. in vj. & Inn. in c. cum dilectus. de consue. in vj. col. ¶ In ea. glo. ibi. & qui habet uictum. Si loquimur in proprio facto, habente beneficium tenue, querat uictum licito artificio, iuxta gl. in c. clericus uictum. xcj. dist. Et qua sint artificia licita, uide Spe. de cle. coniu. s. j. uer. sed quae dicis. Si hoc non potest, poterit cogere subditos, ut sibi succurrant, per subtractionem sacramentorum: gl. sing. in c. omnes. de conse. dist. j. quam sequitur Archi. ibi. & lo. de Ana. in c. ad Apostolicam. j. eo. & do. Abb. do. Mar. & lo. de Ana. hinc. Sed tu tene contrarium propter absurdum: quia iudicare in facto proprio. Et ita in terminis not. bea. Tho. iij. j. q. c. art. iij. quem sequitur lo. An. & do. Abb. in rub. s. de paroch. Imo pulchre dixit Lapalle. lxvij. inci. monasterium sancti Ambrosij. quod parochiani

chiani hoc modo spoliati, poterunt in iudicio conuenienti ante omnia opponere efficaciter de hac spoliatione. Sequitur do. Anto. in c. cum dilectus. s. nos igitur. in iij. col. de or. cog. & in c. cum. inter. in antepe. col. de excep. & Domi. in c. frequens. s. fi. de rest. spo. lib. vj. Dicit tam eleganter bea. Th. iij. q. lxvij. alijs lxxvij. art. iij. in fi. ¶ Superior requisitus a presbitero, poterit eos compelle re per subtractionem spiritualem. Item eos excommunicare poterit, per tex. in c. praeferat haec uers. qui praefata. xxxij. dist. & ibi gl. in uerb. separat. & in c. statuimus. xvij. q. s. ibi, communione priuatur. Et istis additext. & quod ibi dixi, in c. de his. de ecc. & dist.

S V M M A R I V M.

- 1 ¶ Coniunctus de simonia per uiam inquisitionis, si non est commissa in ordine, non deponitur ab officio, sed beneficio tantum.
 - 2 Canonicus si non recipiat, nisi aliquo dato, si postea sponte soluat, an committat simoniam.
 - 3 Parcendum est multitudini.
 - 4 Populus totus an possit puniri propter magnitudinem delicti. nu. 5.
 - 5 Populi principes representant populum.
- Vniuersitas non dicitur delinquerre, nisi communitato consilio. Post nu. 5. uerbi. sexto, in quantum omnibus.
- Hec conclusio fallit tribus modis, ut hic nu. 7. 8.

C A P I T U L U M X X X.

Dilectus. ¶ Illud, quod debet fieri gratias, turpiter sit recipiendo pecuniam. ¶ No. quod coniunctus de simonia per uiam inquisitionis, si non est commissa in ordine, non deponitur ab officio, sed a beneficio tantum, & peracta poenitentia sicut in iudicium in suo ordinne. ¶ Secundum not. quod archiepiscopus puni subditos sufraganeorum suorum. Ratio: quia est archiepiscopus Cattuarialis, ut in c. de off. leg. Alijs enim non posse hoc, c. pastoralis. de off. or. Vel, sicut do. Ab. erant crimina notoria: & succedit c. Romana. s. notoria. de censi. in vj. Sed dic. sicut lo. de Ana. quod nullis ioforum intellectu est bonus: quia immo uisitauerat propriam dioecesim, non prouinciam. Et hoc probat uer. iniungens. ¶ Tertijs no. ibi, arctiora. quales mittunt ad monasteria arctiora. Quid autem, si non sunt arctiora? Dic. quod omnino mutabunt locum, transiundo ad similia, uel dispensatu remanebunt in primo loco cessante scandalum, c. de regularibus. s. eod. ¶ No. ultimod, quod non dicitur soluto spontanea, sed exacta, quoties procedit taxatio, etiam illa in solutione non replicetur. Vnde sing. interf. do. Ab. quod si stante statuto, quod canonicus non recipiat, nisi certo dato, & postmodum unus sponte motu proprio illud soluat, tamen committit simoniam. Pro quo facit singulariter dictum Ioan. And. in c. preterea, de iurepa, super uer. extorquentes, ubi dicit, quod clerici non dicuntur sponte soluere, quando praecessit etiam pura laicorum, qui uel poterant, uel consueuerunt compellere. Quod dicitur no. lo. de Ana. in c. j. in xix. col. de delictis p. & in c. sicut tuis. j. eo. in j. col. Simile dicit Pe. de Anc. in cle. praeferat. i. uer. no. de celi. quod incurrit poena, de qua ibi, non solu ubi est manifesta extorsio, sed etiam praecedente simplici petitione. Simile dicit Bar. in l. creditor. ff. de sol. quod debitor dicitur soluisse per maximum metum, quod propter edictum magistratus soluit fisco, non creditor suo, ut liberetur. Not. Angel. in l. liber homo. in princip. ff. de sol. dicens, quod iussus praeatoris causat iustum metum. Vnde dicit Bald. in l. omnes. circa fi. C. ad Tertul. quod metus statutus dicitur esse metus terribilis. ¶ In gl. j. conclude sic, quod in sacramentis uoluntatis non procedunt iura alle. in gl. fecus in necessariis. Et quae illa sunt, uide glo. in c. uenientis. de transac. Nullo tamen casu licet ex pacto, ut hinc per do. Abb. in quo, Felini iij. pars.

secundum Ana. considerabitur si sis conuenteris: quia etius si esset ad bonum finem, posset pacisci: putat, in ludo, qui libenter conuerteretur, sed timet, ne uitam ducaret in miseriam: ita posset ex pacto aliquid promitti, dum modus ludus principaliter conuertatur propter Deum.

¶ In glo. iij. Regulatiter parcitur multitudini. ¶ Falat primò, nisi multitudine defendet delictum: glo. in c. commissatione. xlviij. dist. ¶ Secundò, nisi esset delictum maximum. Archid. in c. deniq. iij. dist. facit iij. q. multi. ¶ Tertiò, nisi esset multitudine religiosorum. Hosti. sing. in c. ea. que. de stat. mo. ¶ Quarto, nisi lo quamur in persona aeterna: gl. in c. deniq. ¶ Quintò, nisi esset delictum non commissum, sed commitendum. Bar. in l. aut facta. s. non nunquam. ff. de po. ¶ Sextò, nisi cessaret scandala quia illo casu cessante posset puniri: glo. in c. laatores. de cle. excom. mi. ¶ Septimò, nisi in multitudine essent aliqui principaliores: quia illi poterunt puniri: gl. in d. clatores. Qui autem dicuntur multi, erit arbitrium iudicis secundum subiectam materiam, secundum gl. ibid. & c. disciplina. xli. dist. Et istas limi. ponit Doct. mi. post Arch. in c. deniq. & in c. ut constitueret. l. dist. & lo. de Ana. hinc refert. ¶ In gl. in uer. seueritatis. In simili monacho operabitur depositio priuationem uocis, loci, & officii, secundum Inn. & alios, nisi esset monachus clericus: quia deponetur ab ordine, prout alij clerici secularis. ¶ Ex quibus no. duo. Primo, quod ubi uerba legis non adaptantur ad casum occurrentem, cessat ipsius dispositio, ubi uide text. in c. indemnitatibus. in fi. de ele. in vj. & Bar. in l. iij. s. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Secundò not. quod ubi praeceps non potest cadere poena legis, imponit equalis. ¶ In gl. in uer. amatos. ibi, ubi de hoc. Dicas contra gl. ibi, & omnes Doct. hinc, quod non est differentia inter seculares clericos & regulares: quia seculares pariter puniuntur in processu inquisitionis, sicut accusationis, quanquam est delictum impudentis retentionem beneficij, vel executionem ordinis post factam poenitentiam, pro ut simonia: quod delictum non potest hos effectus operari, nisi in acquirendo beneficio, uel ordine, ut de se patet, & uerba sonant. Vbi ergo daretur, simoniā non esse taliter commissam, quod post factam poenitentiam impediretur, & c. essemus in regula uolente mitius puniri conuictū inquirendo, quod accusando. Sed in tex. nostro non sicut p. ordine, nec p. pro beneficio, sed p. solo ingressu. Ergo remanebimus in regula d. c. inquisitionis. Et si habemus, quod inter istos non est differentia. Et ita do. Ab. in d. c. inquisitionis. & clariss. do. Mart. ibi. ¶ In gl. mag. in prin. ibi, quia eorum consilio. Facias duas conclusiones. Prima conclusio. Delictum factum per praelatū uocato conuertit, quod non contradixit, uel tacuit, omnibus imputatur, per dictū Inn. c. j. de his, que si a ma. par. ca. dixi s. eo. c. uenientis. ¶ Secunda conclusio. Delictum factum non uocato conuertit, imputatur praelator & officialibus, non ceteris, secundum do. Ab. hinc, nisi officiales probent contradixisse. Quod intelligit lo. de Ana. & bene, ubi conjecturæ uergentes facerent præsumi, quod prælatus secum consulevit: alias non: quia in delictis non omnis præsumptio, sed uiolenta, requiritur: gl. in c. cum contumacia, de hac in vj. in c. literas. de præsum. Inn. in c. quia uerisimile. eo. ti. tex. in labente. ff. de poen. Et sufficit. ¶ Quid aut si imponitur poena Priori & conuentus? Dic. quod peccuniaria, tanquam soluit prælatus, quantum conuertit, sicut Bal. in l. fi. C. de impū. & alijs subi. & Bald. & Sal. in l. qm. C. de ap. & Bald. in c. ad fi. qui feti. da. pos. & Alber. in fi. par. statu. q. cxc. ¶ In ea. glo. in fi.

a In e. gl.] Cirritur, reauertit Bart. in l. aut facta. s. c. hoc, quando uon nunquam. ff. de poen. que reauertit, niuerstas posse sumit hic do. Ab. lo. de Ana. & do. Ma. panri, uide per rta. Et dic. ut per eos. Quorum dicitur Alex. in addi. ad de primò, in quantum ponderat, Bart. in d. l. aut aliud

facta. Et per Fran-
cisc. Aret. in consi-
l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerb. oblig. ¶ Ter-
tiò, in quantum dicunt Docto. quòd si collegium par-
uum est, & aquè potest cadere in singulos, puniuntur
omnes tanquam delinquentes; addet tu Bald. in c. de
mil. uasa. qui contu. est. ubi dicit, quòd propter contu-
maciam uniuersitas potest priuari pruilegijs. Vide
Bal. in authent. habita. in iij. col. C. ne fil. pro patre. ubi
dicit, quòd ciuitas interdicta & damnata, non retinet
pruilegium. Et de materia uide etiam per Bart. in extra-
uag. qui sint rebelles. in uerb. rebellando. in fi. & in ex-
trauag. ad reprimendum. in uerb. si qua uero ciuitas.
late Salic. in l. j. C. de seditione. per Bald. l. ff. quod cuiusque
uniuersi. no. per Specul. tit. de accusat. in princip.
uer. sed nunc quid possit. per Bald. in l. metum. §. an-
maduertendum. & ibi Angel. ff. quod me. cauila. per
Bald. in l. ciuitates. ff. quod cuiusque uni. no. ¶ Quar-
tò, in quantum dicunt Docto. quòd propter delictum
populi, in quo ignorantur authores, ciuitas punitur;
quod etiam alijs casibus perdit dignitatem episcopalem. Primò, si turbat electionem Papa. & ubi pe-
riculum. §. ciuitas. de elect. in vj. Secundò, si interficit
Cardinalem, in c. felicis. in fin. de pœnis. in vj. Tertiò,
si impedit inquisidores, c. ad abolendum. §. si ciuitas.
de haret. ¶ Vltimò, in quantum Doc. ponunt modum
ponendi uniuersitatem, & procedendit adde Bald. in
l. & iam. in v. & vj. col. C. de execu. rei iud. & in authen-
& omnino. C. ne uxor pro mari. & in l. palam. in i. col.
C. de his. qui. utindi. Et ibi dicit, quòd si appetet, qui
deliquerint, possint decapitari. ¶ Item t. quòd habea-
tur respectus ad innocentiam, uide Cyn. & Docto. in l.
ff. quod quisque fur. glo. & Bart. in l. j. ff. de magis-
conue. Eleganter Bald. tit. de pace Consil. in uer. uni-
uersitatem. & ibi, qualiter citabuntur. De quo ultimo
per Bart. in l. non potest. ff. de reg. iur. ubi dicit, quod
citabuntur regentes: per glo. in c. causam. de dolo &
contu. & Innoc. in c. fin. de maio. & obe. ¶ Item adde,
quòd factum à concilio populi, dicitur factum à po-
pulo: glo. singul. in rub. C. qua sit lon. consue. quam
alleg. Ioan. de Ana. hic. & Angel. in l. metum. §. an-
maduertendum. ff. quod met. causa. ubi dicit, quòd
ipsa uniuersitas potest recurrere contra ipsos de conci-
lio. Sed tu dicit, quòd si probat de ignorantia, non pu-
nietur. Ita late consuluit Oldr. consil. lxv. quod inci-
pit. An ex delicto. Alleg. text. hic. & glo. i. in c. dilect.
de præben. ¶ Item t. quòd principales de populo re-
präsentent populum, uide mol. in c. cum omnes. in
xvij. col. de const. Facit glo. i. in l. sed si hac. §. qui ma-
numentum. ff. de in ius uoc. & pulchrit. dicit Bald. in c.
j. in i. col. de iudic. quòd præsidentes in consilio, uim
totius consili obtinent. Alleg. no. in l. j. C. de iudic.
Item quando interdicatur populus, uide text. & ibi
Domi. in c. si ciuitas. in princip. de senten. excommu. in
vj. Late Cald. in tract. de ecclesiastico interdicto. in i. j.
membro. in xvij. q. usque ad xx. & text. & ibi alia dixi.
in c. non est. de spon. ¶ Quid autem de excommuni-
catione? Vide text. in c. Romana. §. uniuersitatem. de
senten. excommu. in vj. & Hostien. in sum. de contuma.
§. fin. uer. si ergo constat, ubi dicit, quòd si constat,
quòd omnes de collegio deliquerint, omnes possunt
excommunicari, ut singuli: & hoc sonat d. §. uniuersi-
tatem. ibi, culpabilis. Et ita expresse Bart. in l. quod
in rerum. §. final. ff. de leg. j. & uide Angel. in l. sicut. §. j. ff.
quod cuiusque uniuersi. no. ubi dicit, quòd si pro cancella-
tione banni, debet tantum solvi, & uniuersitas bani-
nita uelit cancellari, tantum solvet, quantum una per-
sona. ¶ Sextò, in quantum omnes singulariter dic-
unt, quòd uniuersitas non dicitur delinquere, nisi
communicato consilio: addet glo. idem tenentem in
l. sicut. §. quoniam. j. in uer. debetur. ff. quod cuiusque
uni. no. & in l. sed ex dolo. §. an municipes. in uer. pos-
sunt. ff.

a. Consil. cc.] Ad-
munitas Venetorum, qua promisit no-
de, q. est nu. ccvij. ponere officiales in certis terris regis
& aliud j. allega-
Vngaria, tamen non uniuersitas. Venet-
tū sub nu. cxlvij. tū est electus ab illa terra, potest acce-
ptare. Facit, quod no. Anc. cōf. ccxliij.
inc. Ad prædicta dubia, quòd uolens
probare actum fuisse factum à capitulo, nō obtrinebit,
si probat de certis canonici. Facit aureum consilium
Cal. ti. de præb. cons. xxij. inc. In ecclesia. q. fructus, q. hoc
modo dividuntur, debenur etiā canonici nouis, da-
to q. fructus sint de antiquis: quia non tāquam singu-
lares, sed tanquam capitulum, capiunt: quod semper
est idem. l. cū proponere. ff. de iudi. ¶ Item adde, q. ap-
pellatione persona non uenit uniuersitas. Bald. in rub.
C. ad Treb. Iurauit defendere à omnini persona, consti-
tu pro curatorem contra omnem personam, nō ueniet
uniuerstas. Idem Bald. in c. §. conuenticulas. de pace te-
nen. per illū text. & in l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff.
de in ius uoc. Habui rescriptum contra personam, non
conuenienter uniuersitas. Vnde Pet. de Anc. in c. nouit.
de his. qua si. à præla. dicit, q. statutum loquens in per-
sona, uel in nomine, non ligat uniuersitatem: quia est
persona ficta. Idem do. Ant. in c. graue. de præben. Et ita
late lo. de Ana. hic. Limita, nīli essemus in materia lar-
gialmo. & do. Ab. in d. c. nouit. Ro. in l. i. in prin. i. j. col.
uer. no. secundum, an statutum, de ob. de quo etiam
per Bald. in authen. item quacunq. C. de epis. & cle. ¶ Se-
cundò, in quantum dicunt omnes Doc. q. t. propter ma-
gnitudinem delicti totus populus potest puniri: addet
tex. in c. si audieris. xxij. q. v. ubi propter hæretim tota
ciuitas potest comburi. Vide Anc. in d. §. uniuersitatem.
ubi dicit, q. Papa Bonifacius destruxit collegium Tem-
plariorum: quia in eo erant aliqui hæretici. Vide Bald.
in tit. de pace Constan. in i. col. ubi dicit, quòd ciuitas
mori potest, si autoritate superioris damnetur ad ara-
trum. Alleg. Inn. qui hoc dicit in c. cum ex inuincito. de
ope. no. nun. super uer. quicquid. Facit gl. in l. j. ff. arbo-
fur. casa, qua uult, quòd propter atrocitatem criminis
denegatur aduocatus reo. Facit text. in c. mulier. xv. q.
iij. ubi propter atrocitatem criminis animal brutum
comburitur. Vide Bald. in l. ex testamento. C. de testa.
quòd propter crimen læsa maiestatis ciuitas potest da-
ri ad prædam. Vide Bart. in l. hereditatum. ff. ad leg.
sunt. ff.

sunt. ff. de dolo. & in §. animaduertendum. in uerb. col/
legium. & ibi Ange. & Domi. post loan. And. in c. felicis.
i. fin. in iij. col. de pœnis. in vj. & Ioan. de Lig. in clement.
j. de pœnis. ubi per hoc refert se euafisse Bononijs ab
interdicto corā Papa. Vnde dixit sing. Ang. cōf. ccxliij.
q. inc. In nomine Domini. & sua matris. q. absolui de-
bebat capitulum, quia libellans de delicto canonico-
rum, non dixerat Collegialiter. Ita etiam not. do. Abb.
in c. aduersus. de immu. eccl. ¶ Sed hanc conclusio-
nem limita ultra alios, primò, ut habeat locum in de-
lictō, quod consistit in faciendo: secus, si in omittendo,
secundum Salic. in l. j. C. de seditione. ubi semper uide. Al-
7 legal. i. uibemus. C. de sacrosanct. eccl. ¶ Secundò t. li-
mita istud esse uerum in delicto, quod consistit in faci-
endo, & non habet tractum successivum, sicut est ho-
micide, & similia: secus, si est delictum continua-
tum. Ita consuluit Per. de Anch. consi.
a. clvij.] Add. q. & clif. a. quod incipit, ex narratis in fa-
cti in cois. clxxxa. C. in vj. col. uer. sc. & si dicatur in de-
vij. col. iij. ¶ Tertio not. ubi ponit, q. etiam
quirit ibi Card. eo non alle. in uer. ci-
8 uit. in iij. questione. ¶ Tertio t. limita singulariter, ni-
si per conjecturas & actus sequentes detegatur uolun-
tas populi: putā, quia non puniunt, nec in exilium po-
nunt delinquentes. Ita colligitur ex verbis Cardin. ubi
§. ¶ Vltimò, in quantum Doc. ponunt modum
ponendi uniuersitatem, & procedendit adde Bald. in
l. & iam. in v. & vj. col. C. de execu. rei iud. & in authen.
& omnino. C. ne uxor pro mari. & in l. palam. in i. col.
C. de his. qui. utindi. Et ibi dicit, quòd si appetet, qui
deliquerint, possint decapitari. ¶ Item t. quòd habea-
tur respectus ad innocentiam, uide Cyn. & Docto. in l.
ff. quod quisque fur. glo. & Bart. in l. j. ff. de magis-
conue. Eleganter Bald. tit. de pace Consil. in uer. uni-
uersitatem. & ibi, qualiter citabuntur. De quo ultimo
per Bart. in l. non potest. ff. de reg. iur. ubi dicit, quod
citabuntur regentes: per glo. in c. causam. de dolo &
contu. & Innoc. in c. fin. de maio. & obe. ¶ Item adde,
quòd factum à concilio populi, dicitur factum à po-
pulo: glo. singul. in rub. C. qua sit lon. consue. quam
alleg. Ioan. de Ana. hic. & Angel. in l. metum. §. an-
maduertendum. ff. quod met. causa. ubi dicit, quòd
ipsa uniuersitas potest recurrere contra ipsos de conci-
lio. Sed tu dicit, quòd si probat de ignorantia, non pu-
nietur. Ita late consuluit Oldr. consil. lxv. quod inci-
pit. An ex delicto. Alleg. text. hic. & glo. i. in c. dilect.
de præben. ¶ Item t. quòd principales de populo re-
präsentent populum, uide mol. in c. cum omnes. in
xvij. col. de const. Facit glo. i. in l. sed si hac. §. qui ma-
numentum. ff. de in ius uoc. & pulchrit. dicit Bald. in c.
j. in i. col. de iudic. quòd præsidentes in consilio, uim
totius consili obtinent. Alleg. no. in l. j. C. de iudic.
Item quando interdicatur populus, uide text. & ibi
Domi. in c. si ciuitas. in princip. de senten. excommu. in
vj. Late Cald. in tract. de ecclesiastico interdicto. in i. j.
membro. in xvij. q. usque ad xx. & text. & ibi alia dixi.
in c. non est. de spon. ¶ Quid autem de excommuni-
catione? Vide text. in c. Romana. §. uniuersitatem. de
senten. excommu. in vj. & Hostien. in sum. de contuma.
§. fin. uer. si ergo constat, ubi dicit, quòd si constat,
quòd omnes de collegio deliquerint, omnes possunt
excommunicari, ut singuli: & hoc sonat d. §. uniuersi-
tatem. ibi, culpabilis. Et ita expresse Bart. in l. quod
in rerum. §. final. ff. de leg. j. & uide Angel. in l. sicut. §. j. ff.
quod cuiusque uniuersi. no. ubi dicit, quòd si pro cancella-
tione banni, debet tantum solvi, & uniuersitas bani-
nita uelit cancellari, tantum solvet, quantum una per-
sona. ¶ Sextò, in quantum omnes singulariter dic-
unt, quòd uniuersitas non dicitur delinquere, nisi
communicato consilio: addet glo. idem tenentem in
l. sicut. §. quoniam. j. in uer. debetur. ff. quod cuiusque
uni. no. & in l. sed ex dolo. §. an municipes. in uer. pos-
sunt. ff.

b. Condemnatū] Add. quod est in
Add. quod est in
§. actor. & uide
per Alexand. in d.
l. iij. in princ. col.
ff. uer. & iuxta
predicta imputet
fibi, qui credulus
fuit.

b. in iij. §. condemnatum b. ff. de re iu-
dic. & Ioan. de An. hic. Innoc. in c. grauem. & ibi dixi, de
sentent. excommun.

S V M M A R I V M .

1. ¶ Pater tenetur corrigerre filium.
2. Credulus nimis quis esse non debet.
3. Debitor sine die si conuenit non monitus, non soluet expensas, si
confitetur: non enim fuit in mora. num. 4. 5.
6. Dies ubi est apposita, non requiritur monitus.
7. Episcopus, uel alius prelatus, quando posuit compellere beneficiari,
ut ostendat titulum sui beneficii.
8. Superior ubi approbavit titulum aliius, non potest amplius eum
nexare.
9. Superior ubi se constituit aduersarium clericu, non tenetur ei ostendere titulum.
10. Superior non potest compellere ostendere titulum, quando posse-
sio est anthropia: quia presumitur pro titulo, numer. 12. 13.
14. 15.
11. Longum tempus uno modo dicitur triennum.

c. Fide digo] Secundò, nīli
si essemus in foro conscientia, c. illud.
Add. eundem Fel.
in c. de quartu.
col. vj. uer. & iu-
deo dicunt Bald.
& Salic. & Alex.
de mol. in consil.
lxxv. col. iij. in v.
uol. & Barto. in l.
de pupillo. §. si q.
ip̄i p̄rator. & Es-
bi per Modern. in
vij. q. ff. de noui
oper. nunciat.
12. cōf. in
de dictum Inno. in c. ex parte. el. j. de uerb. sign. circa fin.
q. iudex assumens uicem partis, nō pronunciat, an sic
fuit. 4. cōspēteris

competens, uel non? glos.in c.statutum,in prínc.de re-script,in vj.& in l.de iure. ff.ad muníc.Idem, si secunda-riò prætendit interesse: gl.sing.secundum do.Abb.ibi, in c.ad audientiam.in glos.fin.of appel.late Imol.post Innoc.in c.de cetero.de transfa. ¶ Not.ibi, ex officio no-stro, q propter difficultatem emergetem in iudicis de-nunciationis potest iudex transfere ad inquisitionem ex officio: nec est speciale in Papa, per c.in causis.de re-iud. quia hoc solùm bene agitur, ut uita hominum cor-rigatur,xxxiij.q.iiij.prodest. Et quandoq; h[ec] uno mo-do sit actum in libello, iudex potest modum uarefare, se-cundum Petr.de Anchar.& loan.de Ana.hic.Tu dicit, q tunc demum iudex poterit impetrari officium, quādō adest causa, propter quam etiam non obstante princi-pio iudicis procedere potuerit, ut cernimus hic faciūt & ita fuit glossi in c.presbyter si à plebe, q.vij. alijs iiij. ¶ Not.ibi, detulerint. q pendente inquisitione contra suspectum pralatum, non statim remouetur: secus in-tutor, l.eum, qui, C.de susp.tutor, s.si quis.Insti.eod.tit. quia pinguius est ius pralati cum eccllesia, quām tu-to-ris cum pupillo:glos.in c.quia episcopus. v.q.iiij. Et dif-ferentia inter istos dixi in c.qualiter.el ij. de accusat. Et ui-de Bart.in l.q. si fortè s.j. ff.de sol.reprobantē glossi in d. s.li quis. ¶ Not.ibi publicata. q in iudicio inquisitio-nis & summario testes publicantur. Facit c. qualiter. s. debet.de accusat. Sed dicit, q publicatio attestacionum non est a deo de substantia, q omissa reddat iudicium nullum:glos.singul.secundum Ana.hic, in c.fin.de ha-retic.in vj. Addit Petr.de Anchar.late consil.xlvij.in cip.Omissio publicationis testimoniū, ubi idem consuluit. ¶ Amplia, etiam si publicatio petita fuisset, & non con-cessa: quia causat iniuriam, & non nullitatem:meri-tò si non appellatur, ualeat, secundum Inno.in c.cum in-ter. q. de re iudic.in ver. publicatis. Notat Imol.in l.di-uis. ff.de re iudic.& Salic.post Bald.in l.prolatam.C.de-sent. ¶ Not.ibi, expenderat. q dicitur coniunctus prala-tus, tanquam suspectus de dilapidatione, si constat ec-clesiam olim diuitem, nunc pauperem: & uide text.in l. ius alimentorum. ff.ibi pupil.edu.deb. ubi bonus ad-ministrator debet facete, q finito anno aliquid super-fit. Facit c.Apostolico.de cefi. ¶ Not.ibi, quasi de dilapi-datione. q suspectus de dilapidatione sospeditur ab ad-ministratiōe. De hoc s. è notaui. Et ideo dicit hic, quasi de dilapidatione: q dilapidatio cōsiftit in alienatione immobiliū, ut habetur in c.nulli.de reb.ec. Non obſt. q bona, que seruādo seruari nō possunt, licet alienetur: glossi penult. in c.j. de cleri.agro.in vj. Et pecunia è de illis, secundum Doctor.in l.j. s. fuit quantum. ad Treb. Plenè dixi in c.fin.de accusat. quia responderet lo.de Ana.hic, q hic erat magna quantitas. Ideo succedit glossi in c.tua. de his, q. fluit à prala. q bona mobilia precio-va æquiparant immobiliibus. Dic idem de pecunia deposita apud camporem, uel deposita pro emptione præditorum. l. iiij. s. cūm di. ff.de contrario iudicio tute-læ. Vide omnino in d.c.fin. ¶ Not. quid in criminis laſsa maiestatis admittuntur testes criminis. Limita, nisi essent inimici, per istum text. singulariter, in quo probatur, secundum Ana. quid ubi nulla exceptio ad-mittitur contra testem, admittitur exceptio inimicitiæ, & sic exceptio iuris naturalis. Sed considera, quia text. hic non admittit hanc æquiparationem laſsa maiestatis. simonia, nisi dicas, q est allegatio partis. ¶ Item not. q longe facilius repellitur testis, quām accusator: quia ac-cusatio non tantum præjudicat, sicut persona testis. Quod not. ad c. tanta. s. eodem. ¶ In glossi in ver. in-scriptio. in fin.ibi, & honestatis. Facias duas conclusio-nes. Prima conclusio. Debitor sine die, si conuenitur, non monitus, non soluet expensas, si confitetur: quia non fuit in mora, l.s. ex legi causa. ff.de uerbor. oblig. secundum do. Abb.hic, quem alij sequuntur. Et addi-eundem in c.j. de accusat. Bald.in l. non ignorat. C.de

² c. licet He
uit li

Et ex predictis habes unam limitationem ad illud, quod comparens in prima citatione non condemnatur in expensis: glossa in c. honoratus. lxxiiij. distincta, glossa in c. querelam de procur. cum si, quia illud uerum, nisi fuisse sit apposita dies, cuius lapsus constituit debitorem in mora. Idem tamen dicas, si praefessus sit monitus extra iudicium: et fuit singulare dictum Guisl. de Cug. in l. edita. C. de eden. Refert do. Abb. in c. i. de accus. & ibi dixi. Et adde, quod si negetur hanc monitionem interuenisse, oportet bit negantem probare: quia in dubio presumitur intercessisse, in fiducia commissi, s. j. ibi, non facile, ff. de usuis. Et communis frequentia grauata aduerfarium, & transfert onus probandi in eum: glo. in l. nec natales. C. de prob. ¶ In glossa in uerb. nostro. Dic secundum do. Abb. contra do. Anto. quod siue sit denunciator, siue accusator, non poterit testificari contra denunciatum: nam presumitur nimium effectus causa. Facit c. j. & fin. de testa. in vj. & c. ueris. xj. q. j. Per quem textum denunciantes timebit uictoriā praelati: nec mirum, si hic fuerunt examinati, quod inter alios multos testes potuerunt isti admitti, non ut plenē probarent, sed ut elicerentur indicia ad ueritatem habendam. Facit textum in l. si quis ex argentiarijs. s. j. ff. de edend. Per quem dicit Salicet. in lib. non fidei. C. de reb. cre. quod dictum testis inhabilis aliquid propter mixturam habilis. Facit elegans dictum Inno. in c. cum dilecti. de accu. Plenē Bar. in l. diuin. ff. de quaestio. quod testis, qui non debet examinari, examinatus facit indicium: & ideo isti denunciatores fuerunt admisi contra abbatem, & exceptions, quas Papa reseruat in fine texti, contra testes, non hoc fuit respectu denunciantium: quia iam constabat, quod erant inimici: sed fit respectu aliorū testimoniū, qui uenerunt cū ipso abbate ad curiam. ¶ In gl. in uer. de dilapidatione. in prin. Vtrum potestas alienandi sit statim interdicta in cau[u] huic glo. an uero interdicenda? Vide Doctor. in c. ult. de accus. & ibi dixi. Et utrum suspectus de dilapidatione, suspendatur ab administratione, uide plenē omnes Doctor. in c. uenerabilis. de offic. delegat. Conclusio uera, quod oportet, quod suspicio sit uehemens, per d. c. uenerabilis. in uer. merito. & tunc praelato seculari datur coadiutor, ut ibi: sed praelatus regularis suspenditur ab administratione, ut hic. Et ratio colligitur ex c. qualiter. el. i. in fin. de accusat. Seculari tamen praelato interdictum alienatio, eo ipso, quod incipit inquiri contra ipsum. c. fin. de accusat. Ita Imol. in d. c. uenerabilis. ¶ In eadem glossa ibi, infamis efficitur. Not. singul. secundum domi. Abb. quod iura loquentia de iure, ut propter suspicionem sit infamis, habent locum in praelato: & ideo est bona causa, secundum ipsum, quod praelatus cedar non expedita sententia. Not. quod fuit dictum Bart. in l. si res. ff. de procur. Vnde dicit Angel. in l. in famam. ff. de p. iudi. Et sequitur hic, quod multoties officiales in syndicatu cedunt litigii ad exitandam infamiam. Dicat j. c. prox. in ult. nota. per ilium textum. ¶ In ea glossa in fin. communiter tenetur, quod non sufficit reddere ecclesiam indemnem, ut per glossa & omnes in c. quod sicut alle. in glossa in uer. indifferenter, ibi, multo fortius. Dic per istum textum ibi, indifferenter, quod non omnes, qui admittuntur in heresi, uel lafa maiestatis, admittuntur in simonia. Non obstat. c. eos. allegatum in glossa, quia loquitur in eo, qui crederet gratiam existentem in sacramentis, posse uendi, ut dixi post Innocent. s. eod. accusatum. Et talis dicitur potius hereticus, quam simoniacus. Vide tex. cum sua materia in c. in fidei. de haeret. in vj. ¶ Extra glossa. Tangunt 7 omnes Doctor. hic, an tamen & quando episcopus, uel alius praelatus possit compellere beneficatum ad ostendendum titulum sui beneficii: In quo dic, ut per eos, & per glossam loan. Andr. Gaspl. Cal. & Petr. de Anch. in reg. j. de regul. iur. in vj. q. viij. Imol. in c. ex insinuatione, de procur. post glossam per Petr. de Anch. & Domi. in c. ordinari. s. j. ibi text. no. de offi. ordi. in vj. ¶ Et colligendo omnes

hinc Doct. in locis præalle. quia si recusareturare, orfretur magna suspicio intrusionis. ¶ Secundò t̄ limita hāc conclusionem, dum modò cum diuturnitate temporis concurrant alia ad minicula: putā, integritas conseruentis & possidentis, & exercitum possessionis: aliás autem dubito de prædictis, propter id, quod dicit Inno. in d.c. illud. in f. ad quem nullus adhuc aduertit: & factis est de mente do. Abb. ibi circa vij. col. ¶ Tertiò t̄ limita hāc conclusionem, nisi superior uellet assumere oīus probandi titulum nullum etiam cōtra antiquum possessorum. Ita clare & sing. Domi. in d.c. ordinarij. s. j. & do. Abb. h̄c. ¶ Quartò t̄ limita, nisi esset possessio habens resistentiam iuris communis: quia tūc semper requititur ostensio tituli. Ita credo, licet nullus exprimat, propter id, quod not. dicit do. Abb. h̄c ponderando c. ordinarij. quod in distinzione loquitur. Et istas tres conclusiones extende ad patronum, uel parochianum molestantem, ut eleganter per Feder. consil. xcviij. ¶ Quarta conclusio. Si f̄ extraneus molestat possessorum bene ficij, non potestullo modo eum affligere, ut ostendat titulum, iuxta l. loci corpus. & competit. ff. si serui. uend. ibi, quo te liberares habentur. Ita not. Ioan. And. in c. oīum. de rescript. de quo latius j. in qua. seq. in iij. fallent. Est bonus text. in c. oīum. de rescript. ubi uolens obtinere in beneficialibus, non potest nisi ex non iure aduersarij. Ita Inno. in c. abbate. de uerbor. signif. glos. fin. in c. unico, de eo, qui mit. in possel. in vj. glos. penul. in c. j. ut lit. pen. eod. lib. glos. in uer. finita. in c. j. co. tit. & li. glos. in uer. debet. c. fin. de lute. iur. eod. lib. & tex. singular. in l. j. ff. si pars hæred. pet. ¶ Hanc conclusionem limita & declara, ut per Card. in clem. j. in ix. op. de causa posl. ubi semper uide. & per Lap. alleg. xxx. quæ incipit. ¶ Concilium fuerat. ad f. ¶ Quinta conclusio. Potest episcopus facere edictum, ut ostendant omnes titulos suos, sub poena priuationis: & intelligitur de retinentibus per dispensationem: & ualebit talis poena. Ita Doctor. in d.c. ordinarij. ¶ Limita primò, ut dixi, nisi essent simplicia beneficia, uel quis non retineret contra ius: quia in talibus etiam generalia edicta nil operantur. Ita Petr. de Anch. consil. vij. incip. Dupli ratione. ¶ Secundò limita sing. nisi non compares haberet iustum causam credendi, q̄ episcopus non intellexisset de eo: putā, quia aliás fecerat sibi plenam fidem de sua dispensatione. Ita eleganter conculuit Cardin. conf. lxxvij. qd̄ incip. Lite in curia Romana pend. ¶ Ultimò in ista materia uide aliquid per Bald. in l. j. in iij. col. C. quomodo & quando iud. per do. Anton. in c. in literis. in xvij. col. de restit. & in c. cū super. in iij. col. de causa possel. per Domi. post Archi. in c. quiescamus. xlj. distin. per Lap. alleg. lxxvij. quæ incip. Vacante ecclesia sancti Laurentij. & per Rot. decif. cv. Eihi dicunt, q̄ grauatus, ut ostē dat prædecessorem fuisse recte institutum, excusatur, si probat communem opin. fuisse pro titulo suo. Et uide in materia Cald. tit. de rescript. consil. v. ubi inter alia dicit, q̄ si Papa scribat hoc modo, Talem habentem legatum titulum in tali ecclesia defendas, &c. non potest ordinarius, uel alius super ti. uexare. Et ex his habes dicta omnium clariss. quām alibi. ¶ Item extra gloss. semper allegatur h̄c text. quod t̄ sententia deberet esse conformis libello. Vide concord. per gloss. in uer. formam. in clement. lape de uerbor. sign. Vnde dixit gloss. singul. in c. dudum. in gloss. fin. de decif. q̄ talis præsumitur sententia, qualis libellus: & econtra: & ibi clare do. Anton. Bene facit gloss. in c. si confirmationem, de elect. in vj. & in l. si quis ad exhibendum. ff. de except. rei iudic. q̄ uerba generalia sententia restriguntur ex aetatis. Vnde dicit Bald. in c. cū super. ad fin. de causa possel. q̄ acta sunt uirgulæ ad ipsam sententiam. Et per istū text. dixit loan. Ant. in tit. de accusat. super rubr. q̄ ac- cufans de percusione cum sanguinis effusione, si p̄bat solū de percusione, reus absoluetur. Not. Barto,

pronuntiari se hæredē. Dixi in d.c. constitutus. ¶ Quin to t̄ limita, nisi petatur res, que solita est habere pertinencias: quia licet de illis non dicatur, poterit de illis p̄nunciari, secundum Ana. h̄c sing. allegatē no. in c. in ter dilectos. de don. ¶ Sextò t̄ limita, nisi libellās i causa criminali minus, uel plus petiſſet, q̄ exigeret natura iudicij: quia iudex poterit alterare, uel minuerre ultra petitam. Ita Bal. in l. & si seuerior. in iij. col. uersic. oppo. C. de infā. ¶ Septimò t̄ limita, nisi aliquid tenet ex natura & aptitudine petit: quia istud sat̄ dictrū peritum. Unde in Aquili petat quis simpliciter damnum emendari, fiet tamen condemnatio ad duplum. Bal. in l. contra negantem. in iij. col. C. ad l. Aquil. ¶ Octauò t̄ limita, nisi esset facta implicita, uel tacita petitio. Vnde si auctor, uel reus petiſſet sententiam pro se ferri, & uictus con demnetur sibi in expensis; sat̄ est sententia cōformis libello. Bald. in l. properandum. s. fin. autem. el. iij. C. de iudic. Inno. in c. grauis. de restit. spol. ubi dicit hoc esse uerum, saluā reuerentia præceptoris sui. ¶ Non t̄ limita, nisi pronuntiatur super causa exceptionis rei, quia tunc uidetur pronuntiatur super petitis per auctorem. Ita do. Ant. & Imo. in c. cū inter uos. de const. ubi dicit, q̄ si iudex stante petitione super x: & exceptione pacti de non petendo, pronuntiat exceptionem non competere, lat̄s dicitur pronuntiatur super debito. ¶ Decimò t̄ limita, nisi ex actis constet iudici plus, quam sit actum in libello: quia ex officio potest pronuntiatur super omni eo, quod probatum fuerit. Ita clariss. ceteris Imo. in c. ex tenore. in fin. per illum tex. de rescript. dices, q̄ iudex de his, de quibus constat ex actis, potest ex officio iudicare, cūm maximè acta faciant notorium. Inno. in c. ex parte. de uerb. sign. cum concor. & per alias rationes, de quibus ibi per eum. Pro quo adduco: nam acta & sententia equisparantur, i. lege Iunia. ff. de manu. Per quam dicit Bal. sing. in c. in tit. bīc finitur lex. q̄ libellus & sententia procedunt à pari, l. ut fundus. comuni. di. l. fin. C. de fideic. li. Per quā iura dicit Bald. in l. edita. in xxj. col. C. de eden. q̄ semper procedit argumentum de sententia ad libellum. Modò sic est, q̄ generalis sententia suppletur ex actis: dixi s. post glo. in l. si quis ad exhibendum. de exec. rei iud. Latè Bal. in l. j. C. de manu. uin. Dic ergo, etiā sic libellus suppletur ex actis. Facit elegans dictum Inno. in c. j. in uer. iustificam. de ordin. cog. q̄ sequens probatio declarat libellum. Dixi post do. Abb. in rub. de frig. Et ad hoc uide Roma. & alios in l. scire debemus. in princ. de uerb. oblig. in qua questione illa difficult. petiſſ decem, & probauit de xx. in qua 40 incidat: quia super eo pronuntiabitur, etiam si in libello non fuerit peritum, per id, quod habetur in l. j. C. de ord. iud. & in l. intra utile. ff. de mino. Ita Bal. in d. l. & si seuerior. ¶ Vigesimo tertio t̄ limita in concomitantij ad petitio. Bar. in extraua. ad reprimendum. in uer. figura. ¶ Vigesimo quartò in spiritualibus: do. Ab. in c. constitutus. in fi. secundum unam lect. de reli. do. ¶ Vigesima moquintò t̄ limita, nisi feratur sententia in aequipollenti petio. Bal. in d. l. fi. Alle. l. fi. de auro & arg. leg. ubi petita massa argentea, feratur sententia super nummis. ¶ Vigesimo sexto t̄ in causa appellationis, ubi aditus per uiam iniustitia, potest dicere sententiam nullam. Bart. in i. si expressim. ff. de appell. Dixi in c. per tuas. de sentent. exco. m. quia fundat se ex processu priori iudicis, de quo per Bart. in l. quædam mulier. ff. famili. erescit cum concord. ¶ Vigesimo septimò, nisi t̄ reus confiteatur: quia etiam si libellus ineptus, uel non concluens, potest ferri sententia. Inno. in c. qualiter. el. iij. s. de transact. & pulchre Angel. in l. de his. ff. eod. tit. Vbi dicit se obtinuisse in facto, quod si peto libram aut. at 42 bitator potest condemnare ad pecuniam æquivalens. Et de hoc, quod est quotidianum, uide etiam do. Abb. in c. cū dilectus. in iij. col. de arb. Imo. in d. c. n. do. Anto. consil. v. incip. Vitis actis & allegationibus. & 44 vigesimononō t̄ limita; nisi in libello sit clausula; Petet

mishi ius & iustitiam ministrari. Ita Bald. in l. incert. ad fin. C. de interdi. Facit elegans dictum Cald. in c. cum dilectus. de ordi. cogni. ubi intentans possessorum cum dicta clausula, poterit etiam obtinere in petitorio, de quo ibi per omnes. ¶ Trigesimo tertiū, nisi quis peccat interest simpliciter, quod est incertum: quia poterit fieri sententia super certio. Ita Bartol. & alij in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. ¶ Vltimō fallit, & limitata in illis casibus, in quibus parte non potente potest iudicium privatum partis se interponere: quia tunc scilicet dicitur super petitio pronunciare: de quibus casibus ponitur praeferit per glo. & Domi. in c. p. postquam xvij. distinct. per Bal. in c. cum nobis olim. de elect. per Bald. Salic. & alios in l. c. ut quea sunt adiutor. per Imol. & Rom. late in l. iij. s. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Et sunt casus ferē quinqua- ginta, de quibus alia loco suo dicam.

S V M M A R I V M .

- 1 Decretalis, decretum, & canon, an & qualiter differant.
- 2 Scientia eminentis quis dicatur.
- 3 Et quis dicatur scientiae mediocris.
- 4 Crimina non pertinentia ad zelum, non impediunt testes in crimine exceptis.
- 5 Inquisitus an possit cedere iuri suo: & an cedendo efficiatur infamia.
- 6 Clericus non potest se obligare sub poena perdendi beneficium suum sine licentia ordinarij.
- 7 Episcopatus est excellens dignitas.
- 8 Conspiratio potest accipi in bonam & malam partem.
- 9 Reconciliatio recens parum prodest.
- 10 Periurium magnum crimen est.

C A P I T U L U M X X X I I .

Er tuas. j. ¶ In crimine simoniae testes criminosi admittuntur alii administrantes suffragantibus, exceptis conspiratoribus. & capitalibus inimicis. H. D. ¶ Not. ibi, decretalis. In quo differat decretalis, decretum, canon, & similia, vide glo. not. iij. distinct. in iuventa. In noc. in c. quia cunctis. in iij. col. de concess. proben. in v. do. Abb. post glo. in c. quia V. de iudic. do. Anton. & Imo. in rubr. de constit. do. Abb. in c. cod. tit. & in procem. clemen. in uer. iuris. & do. Abb. in rubr. de consue. Archid. post glo. in c. s. Romanior. xix. distinct. & vide elegans confil. Cal. de constit. confil. xvij. q. constitutiones synodales episcoporum satis dicuntur canones. Vnde habens facultatem absoluendi ab excommunicationibus latis a canone, poterit abolire de lati per tales constitutioes. ¶ Secundō no. q. ad eum pertinet declaratio, ad quem pertinet editio. Facit c. inter alia, de sentent. excommuni. xi. q. iij. & ex his. Vnde dicit Bal. in l. leges. C. de legi. q. super dubio statuti adiutus debet eius conditor. ¶ Limita, nisi eius officium esset finitum. Bart. in l. omnes populi. de iuf. & iure. do. Abb. in c. cum olim. in iij. not. de arbitri. Bal. in l. in ult. ff. de const. princ. Bald. Ang. & Imo. in l. ex facto. in princ. ff. de vulg. & pup. Et dicit no. Bal. in c. in iij. col. tit. qui successo. tene. in usi. feu. q. prelatus depositus non potest adiutus pro interpretatione contra euum, quos prius gesit. ¶ Tertiū not. q. de extraugā, quia non est inserta in corpore iuris, licet potest dubitari, secundum Joan de Ana. Sed de hoc uide in c. pastoralis, de fid. instrum. quod non. Bald. in l. prescriptione, ad fi. C. si contra ius, uel util. publ. ubi dixit, q. licet positioni iuris quis non teneatur respondere, tamen secus, si est extraugans. Et addit, quod sententia lata contra

Ignorantia iuris excusat quemlibet ad evitatem pœnae, quæ non dicitur dolus, sed lata culpa. Post nu. 12. uer. tertius conclusio.

13 Surripere quis potest rem suam apud alium constitutam, si non sperat per uiam iusticia eam recuperare.

S V M M A R I V M .

- 1 Exigunt aliquid posse post collationem factam de spiritibus.**
- 2 Episcopatus an sit ordo.**

C A P I T U L U M X X X I X .

Iicut pro certo. ¶ Nota, episcopus consecratur, Abbas benedicitur: clericus ordinatur. Posset tamen dici, quod etiam episcopus ordinetur: de quo j. ¶ Secundò nota ibi, collatis, quod tamen post collata spiritualia non est licitum aliquid exigere. Dicit tamen singulariter Hostien. hic, ualere consuetudinem, quod aliquid exigatur, quod sit in his casibus conuentum in pios usus. Ex quo infert, quod poterit episcopus compellere ad observationem talis consuetudinis, per c. ad Apostolicam. j. codem. Secus, si interueniret pacium, uel statutum. Et ita intelligit c. ex multis. j. q. iij. quod non admittit Joan. de Ana. hic: quia non differt, secundum eum, statutum à consuetudine, tanquam tacitum ab expresso: sed hic in iste pro ueritate, ut latius dicatur in c. lacobus. j. codem. Et per hunc text. uolentem, episcopos consecrari, & clericos ordinari, uidetur, quod tamen episcopatus non sit ordo. Ad idem text. in c. antico, ad si. de sacra uincio. Et ita tenent Theologi, uolentes in ecclesia esse solum septem ordines, non computando Psalmistatum & Episcopatum, sed quatuor ministres, & tres maiores: quia isti soli cooperantur ad sacramentum eucharistiae, alijs non: neque secundum eos, per episcopatum aliquid additur characteri ordinis facerdotialis. ¶ Sed contrarium communiter tenent Docto. nostri: quia omnia iura appellant episcopatum ordinem, ut in multis iuribus adunatis per domi. Anton. in c. quoties de purga. cano. Nec est uerum, quod omnes ordines cooperantur ad sacramentum eucharistiae. Patet in ostiario, quem ipsi fatentur habere ordinem. Item licet non conferatur nouus character, tamē multum additur characteri facerdotiali: quia cōpetunt ea, quorum executione est prohibita simplici facerdotiis quibus in peruenit. xcvi. distin. & in c. quanto, de consue. & in c. aqua, de cons. eccl. uel alt. Et ita latè not. Domi. post glos. in processio vj. in penul. col. & Card. in clem. in plerisque. in xj. q. de elect. & Domi. in c. cler. post glos. xxj. distin. & domi. Anto. in c. ex literis. in j. col. de excel. præla. & post gl. iij. Aréhi. in c. diaconus. xciiij. distin. De quo etiam per beatum Thom. iij. sen. distin. xxiiij. q. iij. art. iij. & distin. lxx. q. iij. art. j. & domi. Anton. & Card. in c. cūm contingat, de aeta. & qualis. & ibi est text. quod prima tonsura est ordo: facit c. ultimum, de tempo. ordi. in vj. iuncta Rubrica.

S V M M A R I V M .

- Moniales debent recipi ab abbatisse & monialibus. nu. 2. 3. 4.**

5 Monachi & moniales an excusat ab ignorantia iuris.

6 Clericus secularis non excusat ab ignorantia iuris.

7 Ignorantia iuris regulariter neminem excusat. nu. 8. 9. 10. 11.

12 Faciens actum clam his casibus, quibus quis excusat ab ignorantia iuris, perdit priuilegium.

Ignorantia iuris excusat quemlibet ad evitatem pœnae, quæ non dicitur dolus, sed lata culpa. Post nu. 12. uer. tertius conclusio.

13 Surripere quis potest rem suam apud alium constitutam, si non sperat per uiam iusticia eam recuperare.

C A P I T U L U M X L .

Voniam. ¶ Religiosi preceo receperuntur, priuam cum recipientibus de monasterio expelluntur, & in articulo ribus monasteriis ad agendum penitentiam detruduntur: sed recepti ante hoc concilium posuntur in aliud monasterium eiusdem ordinis, nisi multitudo impedit. Hoc dicit. ¶ Not. primò ibi, moniales, quod tamen receptione monialis pertinet ad abbatissam cum monialibus. De quo per Specul. tit. de statu mona. g. uer. xx. & Lapum alleg. xxxij. quæ incipit, prima conclusio. & glos. & Docto. in c. ult. de regula. in vj. Archidia. in c. fin. xvij. q. viij. domi. Abb. in c. ea noscitur. in j. col. de his, quæ fi. à praela. Oldrad. consil. xcviij. in cap. Factum tale est: quidam Abb. do. Abb. in c. ad Apostolicam. in ulii. col. de regula. Dicas, quod regulariter procedit dictum Doctorum hic, per id, quod dicitur in regula benedicti, quod prælatus nihil arduum faciat in inconsulto conuentu. ¶ Fallit primò, nisi conuento alio induceret: quia ualebit, per text. in c. fin. de reg. gul. in vj. ¶ Secundò, nisi Abbas non secuto consilio recipere: quia sufficiet simplex requisitio consiliij, secundum do. Anto. in d. c. ad Apostolicam. quia hoc importat ipsum uebum Consilium, c. cūm interuenient. & ibi Doct. de elect. & c. cūm olim. de arbi. plenè Bart. in l. j. g. si plures. ff. de exercito. Si tamen non requireretur receptor, non teneret, secundum do. Abb. in d. c. ad Apostolicam. Non obstat ultra ipsum, quod omissione talis solennitatis non debeat uitiare actum. l. j. in fi. ff. de uen. inspi. No. Bart. in l. fi. C. de iur. deli. Imo. in l. j. g. prius. de uen. & p. cum si. quia satis est, quod forte alio consulendo mutaret sententiam. Vnde hoc respectu non dicitur leuis solennitas, ut pulchre declarat Bart. in d. g. si plures. & eleganter Card. in cle. in xj. q. de offi. deleg. ¶ Terzio fallit, nisi ageretur de obligando ipsum receptum ordinis in genere: & non obligaretur sibi monasterium, in quo recipit: quia solus abbas eum recipere poterit. Ita Domi. post Lap. in c. fin. de regula. in vj. Quot modis dicitur mo[n]achus recipi, vide glos. in cle. j. de fide. in uerb. electionis. & glos. in cle. j. in uer. prælatum. de elec. & ibi do. Ant. ¶ Secundò no. ibi. multitudinem, quod multitudi personarum est sufficiens causa multandi ordinem, uel debitum. Bene facit singulare dictum Bart. in l. j. ff. nauta. cau. stab. ubi dicit, quod licet tenet hostem spiritum publicum, tenet recipere omnes peregrinos, tamē eum excusat multitudo hospitum. Facit text. in g. sed neq. in auth. de tabellio, ubi tabellio excusat multitudinem, de confiendo instrumentum propter multitudinem agendam. Facit, quod no. Bal. in j. consitu. ff. ueteris, ubi dicit, quod excusat iudex ferens sententiā de nocte, si eū cogit multitudine causarū. Facit gl. no. in l. senatus, in uer. restitueret. ff. de offi. præsi. quæ uult, partem restituere in integrum aduersus instantiam perempti, quod hoc inducir multitudinem causarum expediendarum. Et ita dicta allegatur. Lud. Roma. in l. fi. uer. g. de uiro. in xl. fallen. ff. sol. mat. ¶ Tertiò not. quod constiutio iuris antiqui declaratoria non extendit ad præterita respectu pœnae. Quod multum not. Doct. hic, quibus adde rex. & ibi Domi. in c. quoniā. xlviij. di. & gl. in uer. receptor. in c. de cler. no. res. in

ref. in vj. & plenè Imo. in c. fin. in xj. col. de consti. & do. Abb. in c. significasti. in vj. col. de foro compe. ¶ Limitata, nisi persona concerneret delictum præteritum, cui tamen per legem antiquam non esset satisfactum: quia pendentia delicti, uel accessori sui, existens tempore legis nouæ, includetur sub ipsa. Ita est tex. ualde sing. sum intellectum magis amicum literæ, in c. cūm tu. de usur. ut per do. Ab. ibi, super gl. in uer. pœnam. in j. col. & in c. pastoralis. g. uerum. in prin. de app. Pro quo optimè facit text. in c. cūm singula. uer. circa eos no. de præben. li. vij. Et in hoc pondera istas gl. uidelicet gl. in cle. ut hi, qui, in uerb. in posterum, de atq. & qua. & glo. in cle. j. in uerb. deputatis. de testa. in cle. j. in uerb. utetur, de u. & ho. cle. & in cle. j. in uerb. transuerint. de regul. ¶ No. in uerb. hoc etiam, quod appellatio monialium non uenient monachi: & ita, quamvis alijs masculini concepti faciunt femininum, l. j. ff. de uer. sig. plenè glo. in c. generali. de elec. in vj. Non tamen sic econverso. Et est tex. in l. fin. scriptum. in prin. ff. de leg. iij. Sed de hac materia dixi plenè in c. de monialibus. de sen. excom. Et addo singulare dictum Archid. in c. fi. quis suadente. xvij. q. iij. ubi dicit, quod in c. traditibus masculinum non concipit femininum, per l. ueteribus. cum ibi alle. ff. de pac. ubi uerba contractum strictè interpretantur contra contrahentes. Et ita dicit tenere Guido. de Suza. Et cum ista decisione transit Imo. dicens se ita in facto consultissim in c. potuit. proprie. de loca. & in l. si ita scriptum. ff. de leg. iij. Vnde inuestitus de emphyteosi pro se & filiis, non censem inuestitus pro filiabus. Et ita expressè firmat Archi. ubi s. De quo etiam exclamat Ro. in l. j. in prin. col. ff. de leg. iij. And. in c. inter dilectos. de fi. in st. ubi dicit, nō est simplicitas, ubi est contrarietas. ¶ Item limita in rusticis sagaci. gl. in l. athleta. g. de rusticis. ff. de excusat. ¶ Itē limita in ignorantia iuris naturalis: glo. in l. j. & j. C. de in ius uoc. ¶ Item limita, ut suprà dixi in alia conclusione, allegando glos. in summa. xxvij. distin. ¶ Tertia conclusio. Ad evitatem pœnae, uel alleuviationem quemlibet excusat ignorantia iuris, quæ non dicitur dolus, sed lata culpa, ut per Bar. in l. quod Nervia. ff. depositi. Vnde confuluit Pet. de Ancha. consil. cc. lxxxij. quod incipit. Videtur prima facie, quod probans se ignorasse de c. cc. lxxxij. j. incisus & matrimonio, in quo suberat Addetu, quod est impedimentum affinitatis ex copus n. cc. xvj. la, excusat à pœna mortis. ¶ Item addet. Imo. post do. Anton. latè in c. fi. in ult. col. de consti. & Bald. in l. quicunque. in penul. col. C. de seru. fug. & in l. j. ff. de eden. & Imo. in l. ex consensi. g. eum, qui in penul. char. ff. de app. ubi plenè de materia. Et addo, quod ignorantia iuris raro frequentati excusat. Ita uoluit Pet. de Ancha. in c. ubi periculum. in fin. C. de iu. & fac. igno. & Imo. in l. miles ita. g. ff. de re iudi. per quod datur una instantia ad illam aquiparationem, quæ fit per vulgares de clericis ad militem, quam nunc admittas & intelligas, nisi quando per omnia concurrat eadem ratio in utroq. fm do. Ab. sing. in c. episcopus. de præben. & in c. de cler. agro. ¶ Et in hac materia facias tres conclusiones. Prima. Ignorantia iuris regulariter neminem excusat: gl. & Doc. in c. j. de consti. & per totum. ff. & ranta iuris obscur. 8. C. de iur. & fac. igno. ¶ Fallit primò, si excusat, ut ple- 7 sed dubium. Et etiam addo, g. igno. ¶ nisi agat de damno evitando: quia in hoc succurrat erranti. per ignorantiam in c. ius

cum materia, de proba ita nec statutū habens uim cōstat. Imo reperio ita tenere Domini c. quā in ecclesia cōstitū. Ita pro dicto Inno. in d.c. nouit. dic esse casum hīc. Et ita sustineas dictum Bart. Est verum, q[uod] uno casu procedere posset op̄i contraria, s[ed] propter ingratitudinem ecclesie, propter singulare dictum Iml. in c. cū M. in iij. col. de consti. ubi hoc exp̄ressē uoluit. Ita solus limitando Inno. in c. nouit. Pro quo facit: quia Inno. & lo. An. in c. nouit. arguant a simili in donatione, quae reuocari potest propter ingratitudinem, c. fi. de dona. Sed tamen hoc non affirmo, propter notabile dictum Spe. tit. de dona, s. j. uer. quid si aliquis baro. Cum quo concordat Car. in cle. j. in penul. char. de iureur. & do. Abb. in d. c. fi. in fi. uolentes, quōd ecclesia non possit puniri propter ingratitudinem prælati: quia ipsa peccare non potest, carreata, &c. ch[er]g[e]t fides. xxij. q. j. Vnde de dictum prælati inquisiti non nocet ecclesia: regula, delictum. cum ibi alleg. lib. vj. Et per istum text. uide, quod no. dō. Abb. post gloss. fin. in c. penul. de sepul. ubi refert se consuēsse Semis contra laicos uolentes desistere a quadam oblatione antiquitū consueta. Et adde, quod scribit Pet. de Anch. consil. lxv. incip. quia talia afferunt. ubi per istum text. con-

a Consil. lxv. J. Addit. quod est fuluit, non posse reprehendi presbyteros parochianos recipientes oblationem. adlxv.

aduerte: quia illud, quod hīc probatur, quōd ubi exactione non est licita, ualeat consuetudo, quōd recipiatur sponte datum, procedit solum in pia causa, secundum do. Abb. sing. in c. cū ab omni. in iij. col. de ui. & honest. cle. qui pro hoc infert, non ualere confuerudinē, q[uod] ordinarius aliquid capiat a spōte dantibus propter sententias ultra salarium. Et uide etiam Archid. in c. si quis. xlj. dist. Vbi per illum text. excusat consuetudines Disciplinatorum dantium aliquid in receptione sua: de quo in frā codem, Iacobus. ¶ Ultimō uide Federi. consil. clv. incip. Reuerende pater. ubi in propo-

sitione consuluit, quōd t[em]etiam ipsi clericī tenerentur ad obseruanas consuetudines præscriptas: putā, ad dan- dum singulis annis candelas de cera alba, ut ibi per eū. Et ad introducendam istam consuetudinem sufficiunt x. anni: quia est præterius, non contra. Et ideo succedit gl. c. fin. de consue. lib. vi. quam ita not. do. Abb. in c. suam. s. eod. Prædictis addit. Paul. de Leaza. in com- mento c. in literis. in x. col. uer. modō queritur de resti. spo. ubi per istum text. dicit singulariter limitari no. in c. peruenit. de censi. dum dicitur, quōd diuturna præstatio facta ex mera liberalitate, non producit obligatiō. No. Innoc. in c. cū eccl[esi]a. de cau. pol. Bart. in l. cū de in rem uerso. ff. de usur. & omnes, præcipue Angel. in l. si certis annis. C. de pac. quia illa non proce- dunt in præstatione, que fit in piam

b c. xcij. J. Addit. quod est xcvi. Et an & quando so- lutio deciminarum tollatur consuetu- dine, uel præscri- pitione, per eundem Feli. in c. causam. in prim. s. de præ- scrip. Et an teneat alte- b. Pet. de Anc. consil. cxvj. b. quod incipit,

rāns modum dā- di decimas, uide eundem in c. cū ex offici. col. v. uer. quarti facit. s. eod. titulo, de prescript.

dine: quod est notabile. Et addit. do. Abb. in c. fi. in vij. col. de fo. comp. & Car. in cle. j. in iij. q. de offi. ordi.

S V M M A R I V M .

- 1 Abbates ordinis Cisterciensis debent obedire suis episcopis, licet multa alia habeant privilegia.
- 2 Electus ex confirmatione posuit administrare ante installationem. nu. 3. 4. 5. & 6.
- 3 Papa creditur, licet originalia non producat: regulariter fecit.
- 4 Iuramentum prestitum de obediendo dicitur, refixetur, nisi praepatum repugnaret ordine iurantis.
- 5 Iuramentum si prestetur constituto in dignitate, quia iurat quis obediens episcopo, iuramentum transit ad successorem: dignitas enim non moritur.
- 6 Perpetuo, hec dictio non semper importat sine fine, sed ad uitam iurantis obedientiam.

C A P I T U L U M X L I V .

NE DEI. ¶ Prohibet abbates ordinis Cisterciensis solēniter instalari: & ponit formam obedientiae, quā promittunt episcopis. H.D. ¶ No. primō, q[uod] illi et cetera sunt priuilegia ordinis, de quo in text. ut in c. cū ordinē, de rescrip. tamē sunt subiecti ordinario loci de iure communi, secundum quod est fundata inten- tio episcopi in omnibus locis p[ro]p[ri]is dioecesis sua, ut in c. nouerint. c. regenda, & c. si quidam. x. q. iij. & xv. q. vij. omnes basilicas, c. j. de offi. ordi. c. cū episcopus. eo. tit. lib. vij. ¶ Secundō ibi, installationis solennitas. Et quid importet, uide Inno. in c. in literis. de resti. spo. in iij. col. ubi dicit, quōd per ipsum transfert plena possessio, duobus concurrentibus. Primo: quōd ponatur in statio sibi deputato, & quod sibi debetur, per adceptionem. Secundō, quōd per personas ad hoc deputatas, uel de iure communi, uel per literas Papae, ut per talem installationem acquiratur possessio canonica, non au- tem præbenda. Vnde non poterit prætendere se spo- liatum præbenda, etiam si uisset præceptum rusticis, uel dantibus redditus, quōd responderent sibi, & hoc non fecissent. Ita singulariter Rota decisi. ccclxv. quā incepit, Item petenti. in nouissi. hoc limitantes, nisi esset aliquis certus locus ex consuetudine deputatus, per cuius adceptionem consequeretur ius præbenda: quod est bene no. Et quōd important isti modi tradendæ possessio[n]es, putā uel per annum offi. uel per pulsationem campana, uel per installationem, uel per ta- clam altaris: uide latē dominos de Rot. decisi. cccxxij. quā incipit, Item fuit dubitatum, in nouissi. per do. Abb. late, in c. j. in pen. col. de consue. per dominos de Rot. decisi. clxxvij. incip. Item no. quōd possessio. per Imol. in c. j. de renun. in s. col. & per do. de Rot. in nouissi. decisi. lxxxij. incip. Inductus in possessionem. per Pet. de Anch. in regula, beneficium. in ix. & x. q. de regul. iur. lib. vij. & eleganter per eundem in reg. fine possessione. in vij. char. uer. hīc autem prosequor. eod. lib. & tit. & latē Pau. de Leaza. in commento c. in literis. in vij. col. uer. q[uod] præro primō. de restitu. spo. ¶ Vtrū t[em] autem electus & confirmatus possit administrare ante installationem? Archid. tenet, quōd non, in c. eum, qui de præben. lib. vij. quem sequitur ibi Lapus, Pau. & Pet. de Anch. & Paul. de Leaza. in d. c. in literis. in x. col. & Imol. in c. transmissam. in ult. col. de elect. & latē Pet. de Anch. in regula, sine possessione. in x. char. uer. subsequenter præro. Primō: quia aliās frusta esset inuenta solennitas installationis, in c. ad h[ab]et. & c. ut nostrum. de offi. archi. Secundō: quia confirmatione q[uod] paratur sententia diffinitiva. Ioan. And. in c. fin. de elec. in vij. Sed post diffinitiuam requiritur traditio possessionis. Inno. in c. cū nostris. de conce. præben. latē do.

- 1 a. Ante. post Innoc. in c. cū oīl. el. j. de priu. in x. colum. Ergo, etc. Hoc per cle. j. de foro comp. ubi ponitur pro speciali, quōd episcopus à sede expulsus ad ministraret: quasi secus in alijs caretibus possessione. Quartō: quia idem est in tutorē & usufruictario, quibus prælati aequi parantur, iuxta gloss. cap. præfenti. de offici. ordi. in vij. & in cap. ii. de donat. Et qui non admittant, nisi a deputa possessione. iij. ff. de usufr. l. lex, que tutorē. C. de adm. tu. ¶ Sed contrariam partem tenent Innoc. Compost. Card. & do. Anto. & dom. Abb. in dicto c. transmissa. & do. Anto. post Hosti. in c. in literis. in xxxij. col. de resti. spo. & Abb. late in sua disp[on]ib[ilit]e. in c. Sépronius. in xxij. col. & Imo. de quo miror, in c. cū M. in xxvi. col. de consti. per multa: sed maximē, quia iurta requiritur installationem, loquitur de solennitate, non de substantia. Secundō: quia iura, quā dant formam administrationi, requirunt solam confirmationem, c. quisquis de elect. a uaritia. eod. tit. in vij. Tertiō propter gloss. in capitu. quād. lxij. dist. quā dicit, quōd electio dat habitum administrationis, confirmatio tio exercitū. Quartō: quia t[em] c. eum, qui de præben. in vij. punit solū uolentiam. Et ista pars seruaretur in practica, secundum Iml. in dicto c. transmissam. ¶ Et 4 tenendo hanc partem, quā mihi placet, limita t[em] primō, nisi alius esset in possessione de facto. Ita not. Ro. deci. iij. in nouis. per text. opt. cum sua gloss. in cap. li. 5 cer. de præben. in vij. ¶ Secundō, nisi t[em] habuisset confirmationem ab eo, qui non esset ordinarius loci. Ita uoluit do. Anto. hīc, & refert Ioan. de Ana. Quibus adde Archi. latē idem tenentem, xvj. quāst. iij. super gloss. summa. in iij. colum. uer. sed qualiter respondetur. ¶ Ter- 6 tiō t[em] limita, nisi sit consuetudo, quōd fiat installationis, secundum dom. Abb. & bene, in dicto cap. transmissam. Pro quo facit gloss. sing. in authen. ut præpo. no- men impe. circa prin. uolens, quōd omissione solennitatis ex sola consuetudine introducta habet actum uitare, de qua exclaims dom. Abb. in procōmio Decre- 10 tio. in xij. colum. ¶ Quartō limita singulariter, nisi confirmatus adhuc non leuasset literas Apostolicas: quia non poterit administrare: aliās incurrit poenā. auaritia. de elect. in vij. ¶ Ultimō extra gl. in uer. perpetuo b: quia t[em] nō semper im- portat fine fine, sed ad uitam iurantis. Vide tex. cum gl. j. que ponit sex si- gnificata huius verbi. in l. ff. pro so- cio. Similis in c. chocius. in uer. perpetua. x. q. iij. & uide gloss. in c. clericos. in uer. perpetuam. de coh. cle. regula. a- ctus legitimii de reg. iur. li. vij. in cle. j. in colum. ubi uide, de conce. præb. Est regula cancellaria. Non obstat, tenendo hanc partem cle. j. de fo. comp. quia loquitur in expulso non habente possessionem: secus in habente autoritatē iuris. Non obstat, aequi paratio sententia diffinitiva: quia non potest per omnia aequi parari. Et procedit dictum Inno. in d. c. cū nostris. Nō obstat aequi paratio tutoris & prælati propter multas instantias: de quibus dixi in c. qualiter. el. j. in prim. de accus. Et de ista q[uod] ultra prædicta uide Iml. in c. pro- posuit. in xj. col. uersi. circa quartum, an electus. de con- cef. præben. Et uide, quod not. Bald. de ista installatione. in l. j. C. de serui. & aqua. ubi dicit, quōd si Papa dispen- sat cum eo, qui diu stetit, ut canonicus, & non erat, non requiritur noua installatio. ¶ No. ibi, quā talis est, quōd t[em] creditur Papae, licet originalia non producat: regulariter secus, ut in authen. si quis in aliquo. C. de eden. De qua materia dic, ut plene per omnes in cle. j. de proba. ¶ Tertiō no. formam iuramenti præstandi per abbates in installatione. Quo modo autem iuret episcopus, uide tex. in c. ego N. de iurefu. Et quomodo iuramentum papæ, uide cle. j. uer. ego Henricus. de iurefa. Quomodo uasallus domino, uide in c. de forma. xxij. q. v. Quomodo iuret purgans se ab hereti, uide c. ego Berengarius. de conse. dis. j. Et quomodo iuret reuectes ad fidem, uide c. tibi domino. lxij. dist. Et quōd iuret testis, uide gl. in c. fraternitas. de testi. Et quomodo iuret inquisitus, uide c. qualiter. el. j. & c. cū dilecti. de accus. ¶ Quartō ibi, saluo ordine meo. No. q[uod] iuramentum Felini iij. pars.

S V M M A R I V M .

¶ Canonicus non tenetur ad præstandum prandium pro fuareceptione.

Fructus mensē grossē quā dicatur. Post nō. i. uer. secundō not.

2 Statutum canonico, quōd aliquid soluat per receptione in cano- nicum, non ualeat: & quid de consuetudine.

3 Et que sit differentia inter statutum & consuetudinem.

C A P I T U L U M X L I V .

Acobus. ¶ Prætextu t[em] consuetu- ditis nō p[ot]e exigit pran- diū à canonico breueri recipiendo. H.D.

¶ Not. primō, q[uod] canonicus unius ecclesiæ

X p[ot]est

potest habere canoniciatum in alia. De hoc dic, ut per Inno. in c. cum iam dudum de præben. & per alios in c. de multa, eo. tit. ¶ Secundò not. quod ultra præbendam sunt etiam alijs reditus canonicales, qui alijs appellantur fructus de mensa grossa. Vel potest intelligi de distributionibus quotidianis: de quibus omnibus in c. unico, de cleri. non res. in vj. per Doct. Et no. quod clericus absens causa studij, licet non recipiat distributiones quotidiana, quia solum dantur residentibus seu seruentib, in diuinis, d.c. unico, tamen recipiet fructus mensa grossa. Ita do. Abb. in c.j. de accusa. ¶ Secundò no. quod t' conferens ordinem simoniacem, est ipso facto suspensus à collatione ordinum per triennium: ordinatus uero ab executione, perpetuo. Vtrum autem post tempus præfixum suspensioni requiratur absolutio, uide glo. id not. in cle. i. in uer. donec. de deci. ubi suspensus esset, donec satisfecerit: quia quo ad ecclesiam, requireretur absolutio à suspensione: quia potest dubium esse, an satisfecerit, ut latius per Inno. & do. Ant. in c. cum bona de atra. & qual. ¶ In excommunicatione autem semper requiritur absolutio, ut ibi per c. cum desideres. de sen. excom. Et de istis per dom. Abb. in c.j. in j. colu. de iudi. per Dom. latè in c. in primis. in ij. colum. ij. q. Et aliquid per glo. quæ reprobatur in c.f. de matri. cōtra. contra interdi. eccl. Et ibi etiam dixi. Et per Pet. de Anc. consilio ccxvij. quod incipit. Hæc quæstia iam vulgaris dicitur. & per Ioan. de Ana. in c. ex tuarum. de sorti. & in capit. ex literis. in vj. colum. de fur. & in c. ad aures. suprà eod. ¶ In gloss. i. ibi. debitores. Vide glo. quæ aliter loquitur, in c. si episcopus. in gloss. fi. de præben. lib. vj. quæ dicit, quod talis renunciatio fieri potest post ordinem, non ante, sicut alijs beneficio renunciari potest. vj. q. j. quām periculorum. Subdit tamen h̄c do. Abb. quod etiam ante ordinem renunciatio possit firmari iuramento, cum possit seruari sine interitu anima, etc. Quæ sola ratio militat in casu c. debitores. de iure iur. Fature tamen, quod ex parte recipientis non debet esse aliquid turpidinis, ut h̄c per eum: cōtra quem tenet Ioan. de Ana. & dom. Maria. h̄c: Quia talis iuramentum repugnat bono publico: quia posset induci euagatio ordinandi, contra c. diaconi. xcij. dist. & c. studeat. in fin. l. dist. Vnde succedit regula c. si diligenter, de foro compe, secundum eos. Pro quilibet adduco dictum Bal. in l. pactum. quasi in fin. C. de collat. ubi dixit, quod renunciari alimentis, etiam cum iuramento, non ligatur tali iuramento, quod posset eum deducere ad inopiam: & eo deficiunt omnes commites iuramenti, de quibus xxij. quæst. iiij. inter cætera. & gloss. in c. & fi Christus. de iure. Idem in proposito, maximè quia tale iuramentum præjudicat salut corporali: ideo non tenet. xxij. q. iiij. q. quisquis ergo. Per quam rationem respondet ad c. debitores, ubi tener accessorium, & non principale: quia soli Deo queritur principialis obligatio ex parte iurantis. Et ista intelligentia, cui successu obliquant, per c. omnis. de consec. dist. j. ¶ Sed clericis non uidentur dare per uiam elemosynæ, ut recipientes retineant pro se, iuxta c. nouum genus. de deci. Facit, quod solet dici, quod priuilegiatus non utitur priuilegio suo cōtra pariter priuilegium, l. sed & milites. q. aequalitas. fi. de excus. tutto. No. omnes in c. auditio. de rest. integ. Quæ omnia no. Et considera ex traugan. Vibani V. quæ incipit, ne in unica. Et pro eo, quod dictum est, non ualere consuetudinem, ut per se retineant, facit tex. quem ita intellige in cap. in tantum. in fi. suprà eo. Et in prædictis non dicas, quod tolerantia Papæ aliquos excusat: quia habent concursum iuris diuinum, ut expressè non. text. uel probat in d.c. ex multis quem ad hoc no. do. Abb. in c.j. & ibi dixi suprà eod. & in c. cum p̄d. de pact.

S V M M A R I V M .

Priuilegii conferring ordinem simoniacem, est ipso iure suspensus à conferring ordinibus per triennium.

C A P I T U L U M X L V .

Iquis. Simonia est, per pactum remittere ordinatorij actionem ad beneficium competiturum. H.D. ¶ Not. ibi, inquietet eundem. Quomodo dicetur eum inquietare, uide semper Barto. in Lamplius. ff. rem



Andato. In materia indifferenti appellazione monachorum uenit abbas. Hoc primò simonia solo affectu

S V M M A R I V M .

Abbas uenit appellazione monachorum. n. 2. & 3.

4. Dispensatio est odiosa de se.

5. Dispensatio super aliquo beneficio, non erit capax rei temporalis. q. natalia obstant.

6. Mixtum non comprehenditur sub simplici in materia odiosa.

7. Facultas dispensandi non est odiosa, nec strictè interpretanda. num. 8.

Quam conclusionem limita, ut inferius patet.

9. Simonia commissa in rebus, in quibus ius diuinum adharet, & in merito positiva simonia, qualiter abolebitur per penitentiam.

C A P I T U L U M X L V I .

affectu animi non committitur, sed aliquo dato, uel re- cepto. H. D. ¶ No. quod t' appellazione monachorum uenit abbas. Et istum text. dixit Ioan. And. in Procmio Decr. quod appellazione scholaris uenit Rector: quia non definit esse scholaris. Vnde dicit Bal. in l. nec patro- nus. C. de ope. no. nun. Quod scriptor factus rector me- ditorum, tenetur completere librum inceptum: quia non definit esse scriptor. In quo tamen aliter sensit Bald. in l. quisquis. C. de episco. & cle. & forte melius, p. 7. dicen- da. Sed opponitur de c. ultimo, de præben. ubi appella- tione beneficij non uenit ecclesia collegata. Ad idem c. statutum. iuncto c. licet canon. de ele. in vj. Quæ iura sin- gulariter probant, quod quoties species aliquid addit generi, nunquam appellatio generis uenit species. ¶ Et ideo ex dictis Doctorum h̄c, & alibi, collige tres limitationes, uel conclusiones. Prima conclusio. Appel- latione monachorum in materia fauorabili uenient abbates. Ita tex. h̄c, & in c. ex ore. de priu. Et ibi do. Ant. in ij. no. No. Bart. in l. iiiij. ff. de stip. seruo. dicens, quod si

a. Si relinquitur] **R**elinquitur fratribus cappa, & Priori. Biblia, sp̄se etiā Prior habebit cap- pā. Addo, q. Feli. male allegat Bar. in d.l. qui patrē. ff. de uul. & pup. & in l. dol. iij. ff. de stip. ser. quia intentio Bar. ibi non fuit proba- re, q. Biblia & cappa debeatur priori in casu fa- uorabilitet sic ap- pellatione fratris uenit etiam prior: sed intentio Bart. ibi fuit offendere, q. quando clausula generalis est ap- posita post aliquam specificata, opera- tur solū, quantū ad illa specificata: et non, quo ad al- lia. Addo Bar. in l. legatorū. q. ff. de leg. ij. gl. xxvij. q. j. in c. caue. & do. Card. in cle. ij. de procur. in ij. not. Et facit ista ad q. derogatiū est. c. sua- tum. de refigr. in vj. in aliquib. et post ea secutā est clausula generalis, an comprehen- dat non specificata: Videtur dicen- dum, q. non: quia clausula generalis debet antecedere. & specificata sequi, ad hoc ut compre- bendantur.

3. Fallit t' secundò ista prima conclusio, nisi priuilegio sit facien- da per ipsum abbatem. Vnde si scri- beretur sibi, ut dispensaret cum monachis, nō dispensabit cum sciplo, se- cundum do. Abb. h̄c per c. fi. de insi. Addo Dom. idem tenentem in d. c. & porro. Nec obstat prædictis c. per ex- emptionem. de priu. in vj. ubi in ma- teria stricta appellatio clericorum uenient canonici, contra id, quod dixi per d.c. statutum. quia respondet do. Abb. in c. bona. el. j. in j. col. de post. prælat. quod il- lud est propter absurdum enitandum, scilicet q. clerici essent exempti, & non canonici. ¶ Secunda conclusio.

4. Dispensatio t' in se est odiosa, c. in fi. de fil. presby. in vj. Vnde dicunt omnes Doc. in c. de multa, de præb. & dis- pensatus ad duo curata, non habebit ea in eadē eccl. Felini ij. pars.

sia. Imò singulariter dixit Host. q. in dispensationibus non potest argui à majoritate rationis. Ita Host. in c. po- stulaisti, de refrip. Et not. Fede. confi. xiij. & Pet. de Anc. cōf. xvij. b. in c. Dominus noster. Pro quibus optimè facit text. in c. cui de non sacerdotali. de præb. in vj. ¶ Et deo t' dispensatus super aliquo bene- ficio, non erit capax rei temporalis, si obstant natalia. Sed hoc dicit H. Host. limitat, nisi illud min' effet inclusum inseparabiliter cū maiori. Ita propriè limitat lo. An. in add. Spe. tit. de lega- to. & fi. uer. iij. Vnde dispensatus ad diaconatum, censemur dispensatus ad subdiaconatum. Pro quo uide gl. sing. in c. q. quis in clero. vj. q. quæ di- xit, q. dispensatus super pluralitate beneficiorum, cen- setur etiam dispensatus super residentia. In quo uide glo. in c. quia in tantum. de præben. Per quam infertur do. Abb. ibi, q. si dispensatus, ut non obstant minori atate sit capax ecclesiæ curata, censemur etiam dispensatus, ut non teneatur promoueri ad sacerdotium: secus autem, si illud reclusum sit separabile. Vnde dispensatus ad sacerdotiū, non erit capax ecclesiæ curata, si ob- stant natalia, secundū do. Ang. sing. in c. de fil. presby. post Spe. tit. de lega. s. nunc de episcoporū. nō obstat c. accepimus. de atra. & qual. quia non arctat ad curā, sed ad beneficium. Vnde erat capax simplicis beneficij, p- ut in alia materia singulariter declarat lo. An. in addi. Spe. tit. de iure patro. super rub. ¶ Secundò limita dicitur Host. in materia nō effet multū odiosa, nec ambicio- sa. Ita uoluit Imo. in d.c. postulasti. in ult. col. & do. Abb. in c. at si clerici. s. de adulterijs. in vj. col. de iudic. Et in eo, quod dixi, dispense- rationē non extendi cū mafioitate rationis, non obstat c. per uenerabilē. in prī. qui fil. sint legi. ubi legitimatio ad spiritualia extenditur ad tēpora- lia: quia respondet ibi do. Abb. q. est allegatio partis. Vel responde, secun- dum ipsum id d. s. de adulterijs. in vj. col. in quadā additione, q. prædicta procedunt in dispensatione multū o- diosa: alii secus: quia legitimatio nō dicitur esse multū odiosa. Nec obstat, q. sit in prefuditum aliorū expectan- tiū haereditatē: quia talis spē ab hor- ret lex ciuilis. l. post emancipationē. ff. de li. leg. Nec curat tale interesse, l. cū consensu. q. filium. ff. de appell. Facit. j. s. porro. de statu monach. li. vj. & gl. in cle. attendentes. in uer. moniales. de statu mona. Et adduco notable dictum do. Ant. in c. omnis. in iij. col. de pœ. & re. ubi dicit, q. licet in poena- bus sub simplici non comprehendenda tur mixtum, ut dicam in cōclusione sequenti, tamen fallit in materia dī- gēte in salutem anima principaliter, ut in exemplo, de quo ibi de herma- phrodito. ¶ Fallit t' secundò ista prima conclusio, nisi priuilegio sit facien- da per ipsum abbatem. Vnde si scri- beretur sibi, ut dispensaret cum monachis, nō dispensabit cum sciplo, se- cundum do. Abb. h̄c per c. fi. de insi. Addo Dom. idem tenentem in d. c. & porro. Nec obstat prædictis c. per ex- emptionem. de priu. in vj. ubi in ma- teria stricta appellatio clericorum uenient canonici, contra id, quod dixi per d.c. statutum. quia respondet do. Abb. in c. bona. el. j. in j. col. de post. prælat. quod il- lud est propter absurdum enitandum, scilicet q. clerici essent exempti, & non canonici. ¶ Secunda conclusio.

5. Non extendi] **N**on extendi. Quando dispen- satio excedatur, uel de latè per eundē Feli. in c. possida- sti. col. x. uer. circa tertii. ubi plenē, s. de rescri. Et quādo interpretetur stridē, per eundē i. causam. col. x. uer. hic limita de claratiōem. 5. eo. ti. de rescri. et dīfis per ipsum ibi. Et adde, q. dispen- satio trahitur ad ea, que uenit in cōse- quentiā ad dispen- sationē. Ita do. Bart. So. i. suo cōf. 226. col. fi. y. adduco. iij. uol. Et etiā ad- de, q. licet dispen- satio cū certa psona sit odiosa, tanen potest dispen- sari est fauorabilis. Ita sp̄se Soc. in cōf. fil. cclx. col. xj. in uer. secundū qd uidebatur. Itē ad- de, que dicatur dī- spatio, et que le- gitimatio, ut p. A- lex. in confi. xxx. col. fi. in iij. uol. et in confi. lx. col. x. uer. ratides ergo.

concurrunt duæ qualitates, recurre semper ad Lu.Ro. qui omnes excelluit in hoc, in l.j.in prin. ff. de uer. obl. Et ad intellectum istius text. si de etiam do. Abb. late in c.uniuersitatis. in ult. col. de senten. excom. ¶ Quartæ & ultima conclusio. Facultas t̄ dispensandi non est odio, nec stricte interpretanda. Ita text. h̄c, secundum intellectum Ioan. And. qui semper allegatur. Per istum tex. dicit do. Anto. in c. per uenerabilem. in xx. colu. qui fil. sint leg. q̄ licet legitimatio sit aliquo modo odiosa, 7 tamen potestas legitimandi largè interpretatur. ¶ Et t̄ istum text. facit sing. Ioan de Ana. in c. in v. col. de malefici. uer. tunc stat communis op̄. ubi uide. Et ideo concludit Cal. tit. de constit. confi. xvij. quod habens facultatem dispensandi super irregularitate incursa propter cōtempnam excommunicationem canonis, poterit dispensare circa excommunicationem incursam uigore statuti capitulo ecclésie cathedralis, per no. h̄c, que multis rationib. confirmat. ¶ Similiter Cal. tit. de regul. consil. xix. quod incipit, Abbas habet priuslegum. dicitur, loquens in excommunicatione incursa ex constitutionibus ordinis. Similiter Cal. tit. de confang. & affini. confi. j. consulut, potestatem dispensandi cum coniunctis in tertio gradu, extendi ad coniunctos ex ultra que linea. Et adduco glo. sing. quæ optimè ista probat, in cle. j. in uer. sacerdotiū, de offi. uic. quamuis hoc modo non ponderet eum do. Abb. ibi, cuius uerba ex toto repugnant his, quæ prædixi in ff. conclusi. Et per predi- cta sustentatur op̄. Barto. in l.j. in princ. de uer. ob. dum dicit, quod habens facultatem dispensandi cum nato ex adulterio, uel cum nato ex incesto, poterit dispensare cum adultero & incestuo simili; quia sumus in materia fauorabili. Vnde succedit, quod dixi in proxima conclusione. ¶ Item quia facultas ista est latè interpretanda. Et cum dicto Barto, concordant Bal. & Ang. & Roma. in d. l. j. & Ang. in d. l. s. ita. & Bal. Inſti. de act. s. j. & in l. demens. ff. de hære. insti. Quamuis contrarium disputando firmaverit Pau. de Leaza. in disputa. incip. Papa concessit, quæ est mihi fol. lxxvij. quem sequitur Ioan. An. in addi. Spec. super rub. qui filii sint leg. & in c. ad clericis. ff. de adulteriis. de iudici. Nec obstat op̄. Barto. quod iste sit casus omisissus. & sic remaneat in dispositione iuris communis, per c. statutum. de rescr. in vj. Cui ratione dicit Pau. se non scire responsum; quia respondent alij, quod non est omisissus, ex quo comprehendunt sub sim- plicidate certe, nisi effet iste tex. cum dicto Doctorum tenerem cum Pau. de Leaza, propter hanc suam ratione: quia non potest dici comprehensus; quia est tertia spe- cies non posita in indulgentia, maximè quia beneficia principum exorbitantia stricte interpretantur, c. quam uis. de prob. in vj. Et ideo dixit do. Abb. in d. s. de adulte- rijs. quod op̄. Bart. de æquitate, & op̄. Pau. de rigore. Ima- mo Barto, met sequitur Pau. in l. uim passam. s. præscri- ptione. ff. de adul. per illum text. ubi præscriptio quin- quennij, quæ alter extinguit accusationem adulterij, non procedit in accusatione incestus. Et ad hunc tex. dici posset, quod loquatur in casu, in quo eadem ratio inilitat in mixto: nam ista uerba, quod fiat largè interpretatio, debet intelligi sanad casus quoquo modo adaptabilis: alia secus. Et per hunc intellectum habes unam limitationem ad istam conclusionem. ¶ Secun- dò limita istam conclusionem, ut largè interpretetur, præter quām in causa cognitione. Nam si in casu, quo princeps dispensare potest sine causa, concedit illam fa- cultatem inferiori, non poterit sine causa dispensare, secundum Inno. singulariter in c. dudum. el. ff. in ult. col. uer. Item si Papa dispenset, de elec. & in c. cū ad monasterium. in c. col. uer. sc. non tamen. de statu monach. & in c. uenient. in j. gloss. de filijs presby. ¶ Tertiò limi- ta, nisi nominetur persona, cum qua est facienda di- spensatio: quia tunc non est una simplex facultas di- spensandi, sed quasi dispensatio in esse producta, so- de leg.

De magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi,

T I T V L V S V

Ontinua, ut h̄c per Docto. Et quia in hoc titulo tra- standum est de modo docendi & discendi, & Ioan. de Ana. h̄c in Rubrica multa scri- pit: ideo tanto tria. Primo de studentibus: secundò de doctoribus: tertio de ignorantibus. ¶ Ad primum nos. tria requira ad perficiendum studentem. Primū est, ingenij perspicacitas. Secundum, laborum perseuerantia. Tertium, post maturitatem fructuosa tarditas. ¶ Ad primum vide not. Bald. in l. Macedoniani. C. ad Macedo. ubi dicit, quod si filius ceperit studere de uoluntate patris, non potest patrem poenitere, ut ibi in gloss. nisi appareret de ruditate ingenij: quia artificia sua studia naturalibus ingenij cōuenire debent: alia perditur sumptus. Et alleg. illud, quod aliquos ita he- betes natura creauit, ut etiam summis studijs discere allegata non ualeant. Facit tex. in l. Stichus liber esto. ff de leg.

de leg. ij. ubi quando docendum est artificium aliquæ, debet prætor causa cognita uidere, ad quod magis a- petetur eius ingenium. Et ideo dicit text. in c. s. in fr̄a eo- dem, quod inueniantur docibilis. Et subdit ibi do. Ab. ad hoc aduentant parentes. ¶ Quod autem multum operetur acumen ingenij, vide singulariter Innocen. in cap. cū in cunctis de elect. ubi dixit, quod qui debito tempore non studuit, si tamen est sp̄s ratione ingenij, quod continuo studium debeat proficere, licite graduatur. Quod multum not. Imo. in cle. j. de atat. & qual. & Vin. in c. illiteratos. xxvij. dist. Facit glo. in uer- bo, deuotio. in cap. monachus. lxxvij. dist. & in cap. cū ex literis. in tier. instructus. de resti. in integ. qua dicunt, quod prudentia, honestas & ingenium supplet at- tam. Et pulchritudine scribit Ioan. And. in Spec. in tit. de sacra unc. commendans Clementem VI. qui ad episcopatum Maguntinum prömouit quendam ualde iuuenē filium unius comitis: quia ista partes supplebant at- tam. Facit, quod not. Bald. in l. s. interdum. ff. de legi. hæred. & in l. sed & milites. s. iam nunc. ff. de excus. tuto. ubi dicit, quod minor xxv. annis acutus ingenij non pre- sumitur deceptus in contractu: & ideo non restituitur in integrum. Est casus in l. C. qui. & adiuer. quos. Eti- fits adde Angel. in l. s. pueritiam. ff. de posth. ubi dicit, se anno xxij. atatis sua accepisse gradum, & coepisse legere: & dicit, quod Bald. frater suus anno xvij. atatis sua repetit l. centum capu. ff. de eo, quod cer. loco. Et dicit Bart. in l. quidam. in ff. de uerb. ob. quod xx. anno publice repeatit, & sequenti anno assumptus grā- dum. Facit l. seruum. s. sequitur. ibi. Celsus adolescentis respondit. ff. de uerb. obli. ¶ Secundum est, laborum perseuerantia. Vnde Bald. in rubrica de schismate. in cer- tis apostolis clamat contra scholares disudentes se ab unitate & cōgregatione studij: quia, secundum ipsum, melius facerent, si se & parentes in anibus sumptibus non uexarent. Et ideo scribitur apud Marcum Varro- nem: Nunquam ad terminum perueniat, qui, quod ui- det tales, imitatur. Et Seneca epistola. j. Planta, quia sa- pè transfert, non coalescit. Et idem in peregrinatione uitam agentibus hoc euuenit, ut multa habeant hospitia, nullas amicitias. Facit c. presbyteros. xvij. q. j. pluri- bus intentus, etc. facit illud, intercisa perfit, etc. Et ideo dicit Ioan. de Ligna. in proc. Cle. quod scholarii non studens, non gaudet priuslegio. Allegat gloss. in l. uni- ca. C. de stud. liber. urbis Roma. Sequitur dom. Abb. in cap. j. de iudi. in ult. colum. subd̄ singulariter idem es- se, si in honeste uiuit, per l. agentes. alias incipit, per- dem tempus. C. de decurio. lib. x. Et facit, quod not. Bar. in l. quæ sub conditio. in viij. colum. de testa. quod priuslegia data uiuidis, intelliguntur de honeste uiuen- tibus. Not. Bald. in s. nos autem. in xij. colum. Inst. de Attilio tute. est text. in l. his solis. C. de reuoc. do- na. Dixi in capitu. fin. de secun. nup. Et ideo dixit Spe- cul. in tit. de reo. in ff. colu. quod priuslegia data scho- laribus interpretatur, dum modò proficiant in scien- tia, per text. in capit. Socrates. xij. quæst. i. ibi, non Hie- rofylmis, etc. Bene facit text. in capit. generaliter. xvij. quæst. i. ibi, non denegantes, nec circa ministeria des- des, etc. Facit gloss. sing. in capit. j. in uer. sedem. in fin. de prius. in vj. quæ dicit, quod intrans in fraudem cer- tis uicibus, non habet priuslegia scholarum. Simile dicit Pet. de Anch. consil. cxxvij. quod descripsit inter capellanos Papæ non dicitur excusari à residen- tia, nisi quandoque exercuerit officium capellani. Fa- cit, quod dicam in fr̄a, de doctoribus ignorantibus. ¶ Tertium de fructuosa tarditate post maturitatem, ui- de gloss. in l. C. de anno. ciuilis. lib. vj. quæ dicit, quod scholarii peritus præfertur doctori ignorantibus. ¶ Ad tertium de ignorantibus, dicit, quod supra dicta priuslegia eis nō cōpetunt, secundū Pet. de Anc. in c. de paroch. & do. Abb. in c. clericis. in j. col. de iudi. & Bal. in j. consti- tutione fforum, in ult. col. & probatur ratione. Quoties

enim habens titulum aliquius officij, uel artis, si nō exerceat se in eis, non gaudet prius legi illius artis, uel officij. Ergo mulet minus ille, qui nedium non exercet, sed exercere non potest. Facit tex. in c. auete xxij. q. iiiij. ubi non faciens opera Christiani, non dicitur Christianus.

a Facit dicitur Pet. de Anc. c. vii. cxxxvii. a cxxxvii. Ad quod habens titulum capellani, non detu, quod est in gaudet illo, nisi quandoque exercuerit cons. cxxxiiij. col. illud officium. Et expresse de non exercentibus arte, est decis. Bar. in l. semper, per istam text. ff. de iure immu. & in l. qui sub praetextu. C. de sacro san. eccl. & in l. scrinario. C. de testa. mili. & in l. per illum tex. C. de collegia. lib. xij. & Bal. in proemio sforum, in l. col. & do. Ab. in c. vigilanti. de praef. Faciunt etiam iura, de quibus per gloss. in p. in c. abbate. de uerb. signi. quod cessante causa priuilegij cessat priuilegium. Facit. ne quidam. C. de testa. mili. ubi miles non militans perdit priuilegium militare. Imo fortius dixit Bart. in l. l. C. de tyronib. lib. xij. quod doctor iuuenis, qui diu non laborauit in exercitu doctoratus, adhuc non habet priuilegium dignitatis sua. Ergo multò minus, qui nunquam potest exercere. Facit tex. no in c. que ipsi. xxxvii. dist. ubi sacerdos ignorans perdit nomen sacerdotis. Quis uero dicatur doctor, uel indoctus, vide Inno. in c. cum in cunctis. de elect. ubi facit triplex membrum scientia, uidelicet quod alia est eminentia, mediocris, & sufficiens : & de his non intelligo, sed de illis, qui penitus suntignari literarum.

S V M M A R I V M .

1 Pauperes non dicuntur, quos parentum opes sustinent.

2 Temperantia est subhienda in studendo.

3 Statutum non patitur fictionem.

4 Magister quis dicatur.

5 Doctorem se nominans, cum non sit, tenetur criminis falsi.

6 Scribens literas nomine alieno, episcopo ignorantem, tenetur criminis falsi.

C A P I T U L U M . I .



Voniam. Cathedra lis ecclesia p uide debet magistro de beneficio, ut clericos illius ecclesie & a lios pauperes gratis doceat : & uendens licentiam docendi, uel prohibens idoneum à docendo, beneficio priuatur. ¶ No. ibi, pa rentum opibus. quod t non dicuntur pauperes, quos parentum opes sustentare possunt: quia pater tenetur a le filii. l. si quis à liberis. ff. de lib. agnos. Etiam spuriu m, c. cum haberet. de eo, qui duxit in ma. secundum Doct. Quibus addit glo. sing. in l. sed Iulianus. s. quod dicitur. ff. ad Macedo. que dicit, quod mutuum factum filiofamiliā utiliter studenti, obligat patrem, nedum si pater ignorauerit, sed etiam sciens prohibuit. Et ipsam facit sing. Roma. in l. quamuis. ff. sol. ma. Hinc est, quod si filius de uoluntate patris tacita, uel expressa, cōp̄it studere, cogit pater, etiam nolens, subuenire in necessarijs ad studium, secundum gl. in l. Macedoniani. C. ad Macedo. Quam sequitur ibi Bal. limitans ut s. dixi in Rubrica, nisi qualitas ingenij alius suaderet. Quod tamen intellige, dum modō illa cognoscatur spatio temporis, per id, quod no. Bald. s. in proemio Grego. in l. col. ubi dicit, quod sepe ingenia grossa propter assiduitatem studij efficacissima. Et subdit Bal. quod tēpera studens debet se conformare tēperato stomacho, ut sicut stomachus non capit plus, quam requirat uitrus digestiva, ita nō studeat plus una uice, quā patiantur uites ingenij: alias sequit in digesta cōfusio. Et facit iste tex. ad

quod ecclesia, quæ tempore ædificationis nascitur libera, nunquam recipit seruitutem, sed serua bene potest liberari, ut ibi. Et dicit Bal. in l. unica. in fi. C. de rei uxo. ac. quod qui non apponit talia pacta in initio in conventione, non potest apponere ex post in traditione. Dicit Imol. post do. Ant. in d. c. cum dilectus. in vij. col. de confue. quod qui ordinant capellas, & disponunt de modo illas conferendi aliter, quam ius disponat, nihil agunt, nisi interueniat assensus episcopi quod reasum p. in c. cum accessissent. circa xij. col. de consti. ponendo post Cald. & alios, quod polsit episcopus dispensare cum præsentato nō habente qualitates, quas fundator requiriuit in præsentando, ad beneficium à se fundatum.

REGVLAM prædictam reperio ampliataam in diuersis locis in simili non reductis, vij. modis.

¶ Amplia primò, etiam si papa mandaret prouideri de beneficio ad cuiuscunq; dispositionem pertinente: quia nō comprehendit beneficium spectans ad præsentationem laicorum: aliud est enim dispositio, aliud præsentatio in materia stricta, in qua per hoc uerbum non inducitur, nisi in instituto, c. cum in illis. j. & ibi latè Domi. in j. col. de præben. in vij. Et no. gloss. & Abb. in cle. j. in uer. dispositionem, de sup. negli. prela. licet fecus, ubi materia esset favorabilis, ut ibi per Cardin. in j. not. Et facit gloss. j. in cle. fi. de elec. Et dato, quod in istis locis clarè non dicatur de præsentatione, tamen dum concluditur, quod dispositio sonat in actu pro uisuum, & comprehendit omnem nodum reformandi, sequitur, quod non includit præsentationem, quæ non habet in se uim prouisionis, uel reformationis, sed est præbulum ex parte inferioris ad talia. Et ita etiam firmat Lopus allegatione alleganda propè in iij. ampliatione, dicens idem, si dicerentur Ad cuiuscunq; collationem cle. uel quamvis ad aliam prouisionem, seu dispositionem. ¶ Ampliatur secundò, etiam si papa scriberet motu proprio pro aliquo beneficiando: quia non censeretur comprehendere beneficium patronale laicorum, secundum do. Abb. iti c. ad aures. in penul. col. de rescri. quia motus nō operatur circa introversas qualitates beneficij, non ex defectu surreptionis, sed quia non apparet de voluntate principis, arg. c. cum in illis. & c. is, cui de præben. in vij. & quia motus proprius nō firmat gratiam contra voluntatem concedentis, nec in præjudicium tertij, ut ibi per eum: & est decisio Rotæ de rescri. lxv. in antiquis, incipiens, nota: licet proprius motus, qui dicit idem in terminis istis de iu. pa. laicorum. Et idem notat do. Card. consil. cxvij. incip. Casus talis est: fragitus est processus. & consil. lxxxvij. incip. papa unitur. ad fi. Et pro plena disquisitione huius ampliationis recurri potest ad ea, quæ scripti in d. c. ad aures. in v. conclusi. ubi latissime declarauit istud commune dictum, quod motus proprius non operatur contra præsumptam intentionem concedentis. Et ibi etiam inserui, quæ in hoc subtiliter ponit Francif. Aretinus præceptor meus optimus, in c. causam. lo. jj. de testi.

¶ Ampliatur tertio, etiam si in literis diceretur, quod g. p. guideatur Titio de beneficio, etiam si ad alicuius præsentatione spectaret: quia intelligitur de præsentatione competenti alicui ex fure pa. ecclesiastici, nō autem secularis, secundum Lopum eleganter allegat. lxxxvij. fin. c. do. Papa gratiosè concessit. in v. col. Et dicit loan. And. ita consuluisse pernot. in c. dilectus. de offic. le. Et de isto consil. facit etiam mentionem Domi. post Lapū & Ab. in c. cum in illis. j. in ult. col. de præben. in vij. Et pro hoc adduci potest: nam ex quo in ista materia potest considerari ius pa. duplicit modo: uidelicer uno modo, ut ecclesiasticum: alio modo, ut seculare, ista simplex mentio præsentationis, quæ potest conuenire utriusque, censemur conuenire ad illum sensum, qui minus

derogat iuri alterius, sicut de probatione aequitudo, dicitur in c. in præsentia, de proba, sicut etiam dicitur in c. cum dilectus, de consue, quod uerba restringuntur, ut minus laudans communi; & sufficit, quod alii qui operentur etiam modicum. Et ita hæc restringuntur uerba. Et sufficit, quod possunt operari in patronatu ecclesiastico. Præterea etiam si uerba non operentur, intelligendo de patronatu ecclesiastico, forte propter illi, lumen, de qua s. tamen hoc, quod nihil operentur, tollatur potius, quam si in interpretatio contra mentem iuris communis, ad iuris derogationem non tendit necessario d. clausula, per id, quod non. Domi. in c. si Romanorum, in iij. col. uer. fallit iij. xix. dist. & in c. si pap. ad fin. princip. de priu. vj. ubi dicit, quod uerba, quæ possunt derogare iuri communis, & non derogare, interpretantur in dubio, ut non derogent, etiam si nihil ex hoc operarentur, per c. causam, que, de rescrip. Preterea ex quo de stylo curia & mente Doctorum de hac materia loquuntur est, quod si specialis mentio de iure pap. laicorum, ista non uidetur esse specialis mentio, in qua de laicis non exprimitur, uerba in cle. h. in uer. specialis, de offic. ordi. & Bartol. in l. j. in f. f. si quis in ius uoc. non se, cum concor. quas dixi in c. translato. de consti. Bene facit dictum Inno. in c. dudum, in f. de decimis, quod dispositio principis, quæ potest interpretari in derogationem iuris communis, & etiā ad cōseruationem iuris communis, potius interpretatur secundo modo: & exemplificat, ut ibi per ipsum, cuius dictum de facili non inuenitur alibi, secundum But. i. b. Et de eo meminit Bald. in l. bonorum. C. qui admitti. & dixi in c. cum iter, de excep. & bene facit dictum Innocen. in c. innotuit, ad f. de elec. quod Papa non presumitur in dubio ut plenitudine potestatis. Et eum sequuntur multi, pro quibus bene facit cle. f. in princip. de senten. excom. & facit ad hæc sequens ampliatio.

¶ Ampliatur quartus, etiam si dicteretur in literis Papæ, quod prouideatur alii de beneficio speciale ad præsentationem quoruncunque; quia non intelligitur de præsentatione patronorum laicorum, secundum Domi. in c. cum in illis, s. j. in ult. col. de preben. in vj. ubi dicit post Lapum, quod loan. And. ita consuluit, & quod pro eius decisione facit, quod notat Hosti. in c. cum dilectus. de iu. pa. ubi nota: quod uerbum Præsentationis, appositum in literis Apostolicis, non includit laicos, secundum Fan. Et idem sentit expressè dom. Anton. c. dilectus. in iij. col. de offic. deleg. dicens, quod si in literis Papæ dicatur de beneficio speciale ad præsentationem cuiuscunq;, non includitur beneficiū patronatus laici, nisi aliud exprimatur. Sed profet diffidit sustentare hæc ampliationem, quam præcedentem: quia uerbum Quoruncunq;, nihil pertinet operabitur, si intelligitur solūm de patronis ecclesiasticis, & uerbo rescriptorum sumunt interpretationem à iure communis, c. causam, de rescrip. Et in iure ista uerba prægnantia semper augent uim uerborum, & operantur aliquid plus, ut patet ex glo. in l. j. in uer. quacunq; causa. C. de ser. fug. & in cle. f. it uerba, quamvis. de iud. & in cle. j. in eo. uerbo, de rebus eccl. non alie. Vnde dixit Angel. in l. quod si nolit, s. si quid ita. ff. de adi. edi. quod si fidei uisitor promisit præsentare principalem quandacunq;, intelligitur etiam post sententiā, licet alias fecus. Grac. s. post item. ff. de fidei. Et dicit Domi. in c. decet. in princ. in iij. col. de immu. eccl. in vj. quando lex, nel statutum dat potestate cognoscendi de quibuscunq; causis, nulla cestetur exclusa. Et dicit Sali. in l. si serui. C. de noxa. quod si statutum puniat occidentem aliquem quovis modo, uel qualiter cunq;, comprehendit etiam homicidam non dolosum, sed culposum; licet alias fecus, ut per eū ibi, & per Bald. in l. data opera, in v. col. C. qui accu. & in l. quacunq; in

hoq;

hoc uide Paul. de Cast. consil. clvj. dicentem, quod licet Papa possit alicui clericu auferre suum beneficium, quia in illo clericus non habet aliquid dominium directum, uel utile, nec dicitur dominus, sed procurator, c. ij. de dona, tamen dominium rei sua directum, uel utile, quæstum ex contraetu, non potest Papa auferre alicui clericu, sicut nec Imperator alicui laico, nisi ex causa publica utilitatis, item si uerba, s. f. de rei uen. cum simili. Et idem replicat Iustus Paul. de Cast. consil. clxxxij. pen. alleg. Bene facit, quod not. Imola post do. Anton. in cle. pastoralis, in v. col. uer. s. not. secundū de re iud. quod non ualeat processus Papæ contra clericum non citatum, quando agitur de patrimonialibus. Vnde infert But. suis impugnatam declarationem Papæ, qui motu proprio declarauit dominum Pizocaroru de Floren. esse publicam, non autem priuatam, eis non uocatis: de quo dicit suis magnam quæstio. Floren. Et idem not. Imola post But. in cle. j. in iij. col. uel utile pend. & cle. f. in antepen. col. de iure pat. reputans hoc ualde not. & tetig. in c. quæ in ecclesiarum, de constitut. ¶ Ampliatur sexto, etiam si dicteretur in literis Papæ, non obstante iure pat. laicorum, & non obstantibus statutis ecclesiarum: quia si esset aliqua statuta particularia concernientia in individuo beneficium, de quo scribitur, requiringo certas qualitates in persona promouenda, non ualenter litera, etiam concessa motu proprio. Ita est glos. solennis Guis. de monte Lauduno in extrauag. Ioannis XII. incip. sedes Apostolica. in uer. mutare, quæ dicit, quod per constitutionem principis quantumcumque publicè, uel solenniter editam, licet continent omnes non obstantes de mundo, non tolluntur specialia priuilegia, statuta, uel consuetudines, quæ non obstante tendunt solidam ad tollendam surreptionem, non ad alia iura specialiter permunda, nisi nominatim specialiter & expresse talis per ipsum tollantur. Ethoc dictum extollunt do. de Rota, in titu. de præben. decisi. j. in not. Et ibi dicitur, quendam auditorem ita obtinuisse, & sententias post publi. relations in quædam causa de Aragonia: & aliqui auditores dixerunt, hoc esse uerum in statuto appositum in prima fundatione certi beneficij per fundatorem, sive laicum, sive clericum, ut in testamentis eorum, quibus Papa non intendit præjudicare, uel derogare, per huiusmodi clausulas generales, ne retrahantur à fundatione & ordinatione beneficiorum. Sed postea subditur in d. c. deci. quod est indubitanter uerum in statutis seu ordinationibus laicis: & non dicit ei derogatum, nisi expresse dicitur. Ita decidit Rota in antiquis, conclusio. cccclxvij. incip. nunquid si Papa conferat, quam non repert in lib. Deciflum, compilato per rubricas & dicti, quod conferat beneficium, uacan. in curia, uel reseratum, pertinent ad præsentationem, uel patronatum clerici & laici, non facta mentione de parte laici, quam habet in dicto patronatu, impenetratio est surreptitia: decisi. Collectoris loquentis per uerbum Credo: & forte fuit omisla in noua compilatione propter hoc. Et idem firmat Feder. consil. lxv. incip. Intra scripta quæstio, non sunt leues, quam sequitur do. Abb. in c. fin. in fin. de iu. pa. quia propter mixturam clerici non debet laicus priuari iure suo: arg. c. sacris. de sepul. & l. si commune. ff. quemad. ser. amft. Fatur, quod legatus Papæ poterit uti iure clerici, & conferre ecclesiastum cum solius laici consensu, ut latius per eum. Et istam ampliationem tenet etiam Domi. in c. j. in fin. de iu. pa. in vj. & do. Abb. in c. dilectus. de offic. leg. referens Cald. dicentem ita suis obtentum, licet aliqui confulerint contrarium. Et pro hoc adducit Abb. not. in d. c. unico, de iure pat. in vj. & text. in d. l. si communem. Est uerum, quod contra istam ampliationem tenet Rota de concil. præb. conclus. xxxij. in antiquis: quia ex quo pertinet pro parte ad clericum, & per consequens ad Papam, maius dignum trahit ad se minus dignum. Et inducit etiam c. per tuas de arbit. ubi de causa spirituali potest cōpromitti in clericum & laicum simul, cum simpliciter non possit cōpromitti in laicu: & sic propter personam clerici adiunctam, ualeat compromissum, quod aliis non ualeret, c. contingit, eod. titu. Ergo idem sit in proposito. Nihilo minus ista ampliatione tendenda est: quia dignitas, seu qualitas clericatus, est attendenda: & debet prædominari, quando ex hoc resulat decus, seu commodum ecclæsia, aut ecclæsticæ personæ: & tunc sit in actu mixto, determinata à qualitate clericali, non autem à qualitate laicali mixta. Et ita procedit c. per tuas. & bonus tex. in c. j. de iu. pa. in vj. ubi ius patronum competens simul ecclæsia & laico, censetur ecclæsticum: quia si censetur laicale, deterioratur conditio ecclæsia habentis sequi naturam laicalis patronatus, quo ad quadrimestre, datum laicis patronis: & non quo ad semestre, datum ecclæsia. Sed quando ex prædominatione qualitatibus clericalis resultat incommode, uel inferioritas ecclæsia, tunc inspicitur potius mixta laicalis qualitas, si ex illa melioratur conditio ecclæsia. Sic ergo in proposito, si non attenderetur qualitas clericatus, resultaret incommode clericu:

Gg 4 febs

fecit mentionem de decimis, Ioani. An. in d.c.ei, cxi.
 ¶ Ampliatur octauo, ut non comprehendatur ius patrōnatus laicorum, etiam facta specifica mentione de iur. pa. laicorum, quando tale ius pertineret ad aliquem regem, ducem, marchionem, vel alium principem: quia per nullam claufulam talibus quomodo libet derogatur, nisi de eis fiat expressa mentio, ut in regulis cancellariae, regula xl. incip. item uoluit, quod super quolibet beneficio. Et ratio potest esse: quia licet difficulte derogetur laicis, tamen multo difficulter derogatur talibus: quia derogatio facta eis tanto periculosa est ecclesia, quanto opulentiores sunt donationes, quae communiter fiunt a talibus. Et de talibus maior mentio requiritur, cum sepe exceptuentur a generalibus regulis, iuxta c. de multa. in fin. ibi, circa sublimes, de prabend. & extra uag. execrabilis. uer. nos itaq. ibi, ac regum filius, quae propter sublimitatem eorum, &c. Adduci possunt notata in c. sedes, de script. ubi in materia restringibili non uenient personae maiores sub clausulis generalibus. Et pulchre hoc deducit Pet. de Anch. consil. mihi ccxc. incip. Pro clariori evidentiā dīcendorum. Et faciunt, quae dixi in c. quod super his, de fid. in strūm. examinando, an regula cancellaria comprehendat cardinales sub uerbis generalibus. ¶ Ampliatur nondē etiam in permutationibus, quae fiunt in curia Rom. quoniam non uident, non facta mentione de patronatu laicorum: & sunt surreptitiae, sicut esset in patro. talis beneficij, tacita tali qualitate. Ita dixit Lap. d. alleg. xcvi. ad fin. quod dictum procedit indubitanter, tenendo generilater, quod permutatio facta, nō uocato patrono laico, fit nulla, ut uoluit Cald. in titulo, de rerum permu. consil. ij. ad fin. & Aegidius Belle, conclusione Rota clxvii. In casu conclus. Sed communiter tenetur, quod permutatio tenet, licet ad contradictionem patroni allegantis iustam causam debat irritari, ut per Rot. dicitur in conclu. v. in nouis: & Feder. in tracta. Permutationis be. q. xxx. & ibi Lap. in addi. & Car. in cle. j. in iij. q. de rerum permu. & Domi. in c. unico, ad fin. de rerum permu. & Abb. in c. cum dilectis, circa medium, de iure patro. & Aegidi. Belle, dec. lxxxvii. Renunciatio & collatio. Ideo secundum ibi dicta uidetur restringenda, seu intelligenda ista ampliatio, de qua aliquid dixi in c. cum Bertholdus. in iij. col. uer. limita quinti. de re iud. ¶ Ampliatur decimò, etiam si ius patro. competitor ex priu. Papæ, & non ex fundatione, secundum Abb. consil. cxxii. In causa communis castri. Allegat solūm iura dicentia, quod Papa non præsumitur derogare patronis. Sed forte ista limitatio non procedit: quia cessat tunc ratio retrahendi laicos à fundatione. Et ita sentit Feder. consil. lxxv. & Card. consil. lxxj. Dicitur exprestè parificari patronum ex præscriptione, & patronum ex præuilegio. Et de utroq. dicitur, non habere locum dictam regulam, ut dicitur in xj. limitatione. ¶ Ampliatur undecimò etiam in beneficiis reservatis, ut patebit in iij. limita. ¶ Expeditis ampliacionibus, limitabitur dicta regula xj. modis. Et primò limita, ut non habeat locum, quando apparetur de certa scientia Papæ: quia scit beneficium, super quo scribit, esse iuris patro. laicinam tunc censemt uelle ei derogare, secundum Rot. in titu. de rescript. conclus. xxvii. Item quod licet Ro. & ibi latè instatur ad probandum, quod etiam si non sit facta aliqua mentio de huiusmodi pe. q. potest per testes reprobari de certa scientia Papæ: & ea probata per testes, non est gratia invalida, nec surreptitia ex eo capite. Ita dicitur fuisse seruatum, admisisis duobus Cardinalibus, super certa scientia & uolunta te Papæ. Propter quod infertur, quod licet gratia Papæ non posset probari per testes, ut latè per Docto. post Archidiac. in procēmio Sexti, & soleo ponere in rubric. de constat, tamē circumstantia gratia possunt probari per

habente religiosum, nec faciente unitatem, seu collegium. Item ista beguinæ gaudent priuilegio fori & canonis, ut ibi latius. Induxi sèp̄ius hanc decl. ad quæstiones in facto occurrentes: ad quarum declarationem non reperti aliquid accommodatius. Primo quid de iu. pa. spectante ad illas de tertio ordine sancti Francisci, non ut ad singulos, quoniam res est tunc clara, sed ut ad uniuersos. Et uidetur, quod dicitur ius patronatus ecclæsticū: quia cōcurrunt omnes rationes, de quibus in dictis beguinis, attentis his, quae dixi post Doct. in c. j. de foro comp. ostendendo, quod tales gaudent priuilegio fori. Et latissime scribit beatus monachus frater Ioannes de Capistrano in libello, qui dicitur Defensorium tertij ordinis, iuncta extraua. sacrosancta. adiuta per Modernum summum pontificem Sixtum IIII, quod declarat omnes gaudent utroq. priuilegio clericali, & esse personas religiosas. Et ita pronunciauit do. Card. dum esset uicarius Florentie, ut ipse dicit, in c. si diligenti. in antepen. q. de foro comp. Et facit, quod habetur in extra uag. Nicolai III. super montem. Induxit etiam d. deci. Ro. ad q. quid de iu. pa. spectante ad fraternitates disciplinariorum. Erit istis uidetur, quod sint patroni laici: quoniam non habent habitum religiosum, nec gaudent priuilegio fori & canonis, licet habeant collegium: & sic non cōcurrunt in eis qualitates not. per Rot. ubi s. Et quod non dicantur personæ ecclæsticæ, nor. do. Abb. consil. xxxi. incip. In cuius Massana. iij. col. & Lud. consil. cxxxiiij. Premissa quæsto non habet dubium. late per Pet. de Perul. in iij. episcopali, in j. col. uer. sic. sed nunc incidenter queritur. Arch. & Domi. in c. i. quis despicit. xij. distin. cum concor. Induxi etiam ad q. facti de iu. pa. spectante ad operarios, id est, præfectos fabricæ ecclesie. Nam multi sunt in Tuscia, quibus competit iure officii præsentatio: nam & de his uidetur, quod sint patroni laici, per prædicta, quæ etiam adduci possunt ad hospitalarios, & ad leuitatos & Poenitentes: in quibus omnibus inspicenda sunt qualitates no. 5. per Rotam, & per Doct. in d. c. j. de foro comp. Possunt etiam ista adduci ad suspa. spectas ad uniuersitatem scholarium, in qua sint plures clerici, quæ laici. De quo dixi in c. ex literis. in j. not. de consti. ¶ Limitatur quinto, nisi disponeret de beneficio, non quidem uacante, sed quod erat de proximo uacaturum: & in quo immebeat patrono proxima spes præsentandi, ut latissime concludit Rot. in titulo de prabend. conclu. xx. Item supposito facto. in nouis, uolens tandem, quod licet beneficium patronale per promotionem factam ad episcopatum de habente cum, uacet, tamen dispensatio Apostolica de eo in posterum cum dignitate retinendo, ualeat, licet consensus patronorum non interuenierit, quibus illa quasi prorogatio non afferit prædictum considerabile. Et hoc deducit Rota per x. plena rationes, quas transcribere non expediti. Et uidetur, quod tunc clare non constabat, secundum Card. late: quod bene not. quia sic habes casum, in quo mentio est imperfecta, seu non expressa de iure patro. natus non nocet, licet uerè beneficium sit patronale laicorum, uel quando tunc non constabat, & impetrans dixit non constare, ut facultas induceret Papam ad concessionem beneficij. Et factum etiam ad multa alia. ¶ Limitatur nondē, nisi aliqui essent solūm patroni, nō autem essent in quasi possessione præsentandi, sed alii: quia desipit non expedire facere mentionem, ex quo per literas Apostolicas eis non prædicatur, quo ad præsentationem, quam non ipsi, sed quasi possessores facere debent, ut per Innoc. in c. cum ecclæst. de cau. possel. & propri. Ita formaliter decidit do. Card. consil. lxxi, ad fin. ¶ Limitatur decimò, & importantissime, nisi patroni, de quibus impetrans non fecit mentionem, scientes de hoc, ratiæ per quatuor menses: quia collatio remaneat ualida, & nequeunt amplius opponere. Ita puto indubitate inferri posse ex aurea decisio. do. Car. in cle. j.

*Magni terminans, et exp-
pary in Cap. Dilectus
Eliac. 24. de præbend. et
digitatione.*


cle. circa col. xv. in uet. sed post longam cogitationem. defendendo partem plebani, de sup. negli. praelato. ubi dicit, quod confensus expressus patroni sequens istum, facit eam validam: quia istud, quod exigitur ex parte patroni, sapit potius assensum, quam authoritatem. Sufficit autem, quod confensus interueniat in actu, & etiam post: c. cum consuetudinis, de consue. & ibi innocent. Et not. in c. de re. eccl. non alien. in vj. & in c. cum nos. per illum text. de his, quae sive a pta. Sed si solum non contradixit, an per hoc uideatur consentire, pender a q. quando tacens dicatur consentire, de quo in c. in genesi. de elect. & in c. non ne. de presumpt. Et potius uideretur non haberi pro consentiente, nisi faceret aliquem actum positivum, per quem approbet institutum. Tamen putat Card. quod si non presentat alium infra tempus iuris, intelligitur consenserit, cum sublata sit potestas agendi de contemptu, qua durat, donec durat potestas presentandi: nam lapsus tempore in xj. amplia. ¶ Considera tertio, quod illi tenentes ipsa posse acquiri a laico per prescriptionem, loquuntur de prescriptione tanti temporis, cuius initij non sit memoria, ut dixi in c. causam. Et not. late Alexand. con filio alleg. in j. limi. & uult, quod qui fundat se in d. tempore, non debet deducere tempus simpliciter, sed titulum. Et ad eum probandum inducitur presumptua & sufficiens probatio per dictum tempus, iuxta l. hoc iure. s. ductus aqua. ff. de aqua quo. & c. super quibusdam. de verb. signific. cum concord. de quibus in c. peruenit. de censi. Et tenendo hoc, esset forte dubia ista limitatio: quoniam si ex tanto tempore presumitur fundatio, procederet adhuc isto casu illa ratio de retrahendis laicis a fundatione. Et revera sapientius locutus fui cum hominibus praeudentibus se patronos: & propter retum antiquitatem nec sunt, quomodo sint patroni. Sed allegant presumptionem fundationis, quam probant ex diuturnitate temporis: & forte hoc casu esset uera impugnatio loan. de lmo. & procederet opinio Modernorum do. de Ro. cu. qui dicunt, quod non sit differentia in cancellaria inter patronos ex fundatione, uel ex presentatione. Si autem uellemus tenerre, quod circumscripta probatione presumptua sit. solum tempus, cuius initij non est memoria, conferat acquisitionem iuris patronatus, tunc limitatio esset uera. De hoc autem, tanquam nimis longo & imperitentia, prosequere, ut in locis s. alleg. & forte inuenies, quod oportet deducere titu. & quod solum tempus non sufficit. ¶ Et ex his sit complectus iste breuis & quotidiana artis. quantum est respectu literarum, aut collationum Papa. De collationibus inferiorum dicitur alijs, & aliquid posui in c. cum Bertholdus. de re iudic. datis sex noui. limi. ad c. decernimus. xvj. q. viij. ubi dicitur, irritam esse collationem factam spredo patrono. Cetera ad materiam iuris patronatus, vide per Sribentes in toto titu. de iure patro. ubi alijs plura recitauit ultra apostillas Doct. mei Bar. Bellem. quondam auditoris causarum Apostolici palati. Multa etiam ponit Paul. de Leaza. in repe. c. nobis. de iure parro. Multa etiam inueniuntur in reportijs, maxim Brix. & Firma. in verb. patronus. & in talibus consiliorum Feder. Oldra. Card. Rotz. & aliorum: ex quibus faciliter fieret nedum unus tractatus, sed amplum uolumen. Prædictam autem quæstio. non reperi in locis prædictis discussam, quæ omnino subiectio correctioni domini norum curialium.

Additiones

¶ Considera primo, quod ita limitatio presupponit unum, quod est ualde dubium, uidelicet quod laici possunt acquiretere ius pa. ex præscriptione, uel consuetudine. Quod etiam tenet late Joan. An. in regula, quod alicui gratiosè. in Mercu. & multi sequuntur. Alij teruent contrarium, ut per Archid. latissime in c. hora. lxxxi. distincti, quem sequitur do. Abb. in pluribus locis. Et quia hoc examinatu satis late in c. causam. de præscript. ideo transeo: nam licet disputando possit teneri opinio Archid. tamen in consulendo & iudicando est tenenda opinio loari. And. secundum do. Abb. consilio clxxxi. Plura sunt examinanda. ¶ Considera secundo, quod dum Feder. & prædicti loquuntur de patronatu competente ex prius legio, non ex dotatione, ratio eorum uidetur tuta, uidelicet quod cesseret ille respectus retrahendorum laicorum a fundatione: & de tali patronatu forte non est necessaria mentio, ut dixi in xj. amplia. ¶ Considera tertio, quod illi tenentes ipsa posse acquiri a laico per prescriptionem, loquuntur de prescriptione tanti temporis, cuius initij non sit memoria, ut dixi in c. causam. Et not. late Alexand. con filio alleg. in j. limi. & uult, quod qui fundat se in d. tempore, non debet deducere tempus simpliciter, sed titulum. Et ad eum probandum inducitur presumptua & sufficiens probatio per dictum tempus, iuxta l. hoc iure. s. ductus aqua. ff. de aqua quo. & c. super quibusdam. de verb. signific. cum concord. de quibus in c. peruenit. de censi. Et tenendo hoc, esset forte dubia ista limitatio: quoniam si ex tanto tempore presumitur fundatio, procederet adhuc isto casu illa ratio de retrahendis laicis a fundatione. Et revera sapientius locutus fui cum hominibus praeudentibus se patronos: & propter retum antiquitatem nec sunt, quomodo sint patroni. Sed allegant presumptionem fundationis, quam probant ex diuturnitate temporis: & forte hoc casu esset uera impugnatio loan. de lmo. & procederet opinio Modernorum do. de Ro. cu. qui dicunt, quod non sit differentia in cancellaria inter patronos ex fundatione, uel ex presentatione. Si autem uellemus tenerre, quod circumscripta probatione presumptua sit. solum tempus, cuius initij non est memoria, conferat acquisitionem iuris patronatus, tunc limitatio esset uera. De hoc autem, tanquam nimis longo & imperitentia, prosequere, ut in locis s. alleg. & forte inuenies, quod oportet deducere titu. & quod solum tempus non sufficit. ¶ Et ex his sit complectus iste breuis & quotidiana artis. quantum est respectu literarum, aut collationum Papa. De collationibus inferiorum dicitur alijs, & aliquid posui in c. cum Bertholdus. de re iudic. datis sex noui. limi. ad c. decernimus. xvj. q. viij. ubi dicitur, irritam esse collationem factam spredo patrono. Cetera ad materiam iuris patronatus, vide per Sribentes in toto titu. de iure patro. ubi alijs plura recitauit ultra apostillas Doct. mei Bar. Bellem. quondam auditoris causarum Apostolici palati. Multa etiam ponit Paul. de Leaza. in repe. c. nobis. de iure parro. Multa etiam inueniuntur in reportijs, maxim Brix. & Firma. in verb. patronus. & in talibus consiliorum Feder. Oldra. Card. Rotz. & aliorum: ex quibus faciliter fieret nedum unus tractatus, sed amplum uolumen. Prædictam autem quæstio. non reperi in locis prædictis discussam, quæ omnino subiectio correctioni domini norum curialium.

Additiones Felini ad principiatum ab Abbe opus in Decretum.

¶ Sequendo stylum do. Abb. super Clementinis, puta utile notare text. & gl. notabiliores Decreti, aliqua addendo pro honore multorum, qui Decretorum Doctores uocantur, & ipsi ignorant: secundo etiam uestigia do. Abb. in Operre, quod incepit super Decreto, dum esset Basilea: & scripsit super prima divisione duntaxat.



Vmanum genus. ¶ Notandum, hinc Archid. & Domi. & do. Abb. istum tex. quod ius diuinum potest appellari ius naturale: loquitur de diuino, non autem de iure naturali strictè sumpto. Patet ex eo, quod dicit ius naturale, quod in lege & Euāgeliō. &c. Ius cū naturale propriè scriptū non habetur aliqua constitutione, sed instinctu naturali, id est, inspiratione naturali, cū naturale. &c. ius autem. & ibi gloss. eo. ubi glo. ponit iij. modos, quibus ius naturale sumitur, & inter ceteros ponitur pro iure diuino. Appellatione autem iurius diuinī strictè uenit, quod continentur in veteri & nouo Testamento, ut hinc latius per do. Abb. reprehendentem Hugutio. hinc, qui simpliciter dicit appellatione iuriis diuinī comprehendendi cū ius canonicum: quia strictè dicitur ius humānum, per c. de iur. cal. & c. non debet, de cōian. & affi. Facit c. quo iure. viij. distinet. ubi dicitur ius diuinum, quod in Scripturis diuinis habetur: humanum uero, quod in ll. regum. Ibi gloss. ij. dicit, quod ius canonicum comprehenditur sub iure humano. Item ius ciuitatis potest largissime comprehendendi appellatione iuriis diuinī, & c. quo iure. ubi iura humana Deus dedit humano generi per Imperatores & reges. Et facit c. fin. xvj. q. iiij. ibi. diuinū. Adde gloss. in uer. ualet. in c. ij. de priuileg. in vj. quæ dicit, quod appellatio ne iuriis diuinī comprehenditur propriè id, quod est in sacra pagina. Et secundum predicta intellige c. nimis. in verb. diuino. de iure uero. & c. ex diligenter. in verb. diuini & humanis. de simo. & quod not. Domi. post Archid. in c. ij. in c. colum. de præscript. in vj. Non est reprehensibile, quod aliquis ponat nomen suum in opere per eum compilato. Ita colligit Domi. hinc ex prima, in princip. remittens ad Joan. And. latissime disputationem in data vj. libri. Pondera aliter istam gloss. quod ille, qui addit aliquid operi alterius iam completo, licet apponit etiam nomen suum. Pro quo uidej. text. in l. final. s. si quis opus ab alio factum. ff. de operibus. q. ubi text. dicit, quod qui marmoribus, uel alio modo pollicetur se ornaturum opus ab alio factum, potest ibi describere titulos proprii nominis, primis nominibus non destructis. Et adde, quod opus alienum ab alio reductum, potest attribui reducenti, ut probatur in l. ij. s. j. in fin. ff. de

orig. iur. ubi appellatur ius quoddam Papyrianum, non quia Papyrius de suo quicquam adiecerit, sed quia leges ab alijs sine ordine latas in unum rediguntur. Non est detrahendum doctori, uel iudici aliquid determinanti, licet dictum suum appearat non uerum, propter nouas rationes, uel probationes adiuentas. Ita colligit Domi. ex ista gloss. j. addens c. cum Joannes. de fid. instrum. & c. cum olim. lo. ij. de priuileg. Et est notabile ad excusandum officialem in syndicatu suo, licet appearat sententiam fore iniuriam ex nouis probationibus, uel iuribus de novo inducitis, secundum ipsum. Adde gloss. in c. in uerb. de cetero. de positi. præla. in vj. quæ allegat bona iura. Et propter ipsam dicitur Domi. quod iudex secutus in iudicando opinio communem, est excusatus, licet postea fiat ius in contrarium, nec tenetur in syndicatu. Et per illam gloss. dicit utiliter do. Card. consilio cxxxij. incip. G. archi presbyter. quod constitutio episcopi non clara, non ligat non residentem, qui probabiliter dubitat de eius intellectu. Facit, quod not. do. Card. in cle. fin. in iiiij. q. de regula. dicens, quod excusantur ignorantes ius positivum, uel naturale, si est offuscatum propter diversas opin. per ea, quæ habentur in c. fin. de spon. duo. & in d. c. de positi. præla. in vj. Not. Bald. in l. ij. s. judices. de pa. iur. s. & Bart. in l. quod Nerua. in vj. col. ff. depositi, facit gloss. in c. temerarium. xj. q. iij. dicens, quod error probabilis excusat iniuste excommunicatam. Not. Petrus de Anch. in c. de re iudic. in vj. Vnde dicit Card. in cle. j. s. ceterum. in oppo. de ulur. quod afferens certo casu non esse usuram, licet sic in errore, excusat a poena illius cle. quando de hoc est probabile dubium. Allegat gloss. in d. c. de positi. præla. in vj. Et hinc est, quod probabilis error iuris æquipollit erroris facti, ut est text. in c. cum dilectus. de confus. Quem facit singul. do. Abb. ibi in viij. col. & in c. si diligenter. in viij. col. de præscript. & do. Abb. in c. dudum. ulti. col. de deci. Joan. de lmo. in rep. c. fin. in v. col. de præscript. & do. Abb. in c. fin. in ij. not. de consti. & in c. de quarta. in ij. col. de præscript. & do. Card. in cle. j. in xxv. q. de re. eccl. non alien. dicens, quod errans in casu illius cle. excusat ante eius editionem. Allegat gloss. & Doct. d. c. j. de positi. præla. Et dicit Bald. in lab. eo. in ij. col. C. quomodo & quando iudex, quod qui errat in subtilitatibus iuriis, non peccat. Allegat Innocent. in c. per tuas. lo. ij. de lmo. Non debet quis sibi attribuere, quod alias facit: sicut econuerso, non debet quis alteri attribuere, quod ipse facit. Ita not. ij. Domi. ex eadem gloss. dicens notanter, quod alijs incurret poenam falli, c. v. de his, quæ sive a præla. & c. tam literis. in fin. de testa. Et est contra illos, qui referunt delicta aliorum eis nominatis, secundum eum. Addit Bald. in l. precibus. in pen. char. C. de impu. & ali. sub. ubi appellat Bartol. furem, qui sibi appropriauit dicta Nicol. de Mata. nisi una forma & unus intellectus fuisset in duobus corporibus: & dicit, quod ista non sunt fienda, ubi laus recte queritur. Et scribit Plin. ij. ad Vesp. benignum & ingenii pudoris plenum est, faceri, per quos proficeris. ¶ Actus dicitur fieri per aliquem, siue sit ille, qui principaliter facit actum, siue sit instrumentum, qui actus sit. Ita probat gloss. hinc in uer. diebus modis regitur. secundum Domi. hinc exemplificantem in equitante, qui regit equum frano. Et hinc est, quod faciens per alium, punitur, ut facies in c. cum ad fedem. de rei. spo. & c. fin. de homi. in vj. Addit Bart. in l. non solum s. si mandato. ff. de iniur. & Abb. in c. mulieres. de sent. excō. & Ana. in c. scut. dignū. de homi. cum cōcor. quas dedit ibi. & copiosè per Alex. in l. j. in prin. ff. de uerb. ob. Verbum Volo, debet referri ad actū licet & permisum, nō ad actum regulatum ex voluntate corrupta. Ita probat gloss.

gloss. h̄c in uerbo, uult. ibi, sed est, debet uelle, secundum do. Abb. & Domi. h̄c. Vnde infert Domi. quod si dicatur potestas arbitrandi secundum uelle suum, in telligitur de uoluntate regulata ratione iuris positivi: de quo remittit ad do. Ant. in c. de constit. Adde, que ibi latē dixi remittendo. ¶ Et de ista regula, Quod tibi nō uis fieri, &c. uide loan. And. in regula, qui ad agendum, in fine, de reg. iuris. in vj. in Mercu. ubi dicit, quod non est absurdum, quod ecclesia non uellet, ut præscribatur contra ipsam minori prescripctione, quam xl. annorum: & tamen ipsa præscribit rem laici spacio x. uel xx. annorum, ut latius ibi concludit: quia ista regula exponitur. Non uis, id est, Non debes uelle: ecclesia autem debet uelle uti iure suo defendendo se prius uilegio per utrumque usus conceitto contra non sic prius legatum. ¶ Illud dicitur esse à lege prohibitum, quod ex mente legis prohibetur, licet non uerbis expressis: gloss. h̄c in uerbo prohibetur id per quandam consequentiam. Ex qua infert Domi. quod id, quod colligitur à contrario sensu legis, non dicitur expressum in l. sed potius uenit in quandam consequentiam. Allegat etiam loan. An. in c. publicato. de electio. & in c. cùm Apostolica. de his, que fūi à præla. Item infert, quod si ex mente nostra aliquid necessariò infertur contra ius, non per hoc dicitur expressum in sententia. Et allegat etiam Innoc. in c. P. & G. de offic. delega. Item infert, quod illud non dicitur expressum, quod continetur ex mente, uel quandam consequentia uerborum. Ex quo notabiliter colligitur, quod ubique in scriptis beneficialibus ex iuris dispositione requiritur expressa mentio alicuius qualitatis, non sufficit, si in illo fiat mentio per quandam consequentiam uerborum. Allegat ad idem not. in c. suscep. ptum. de re iud. in vj. & tex. quem dicit optimum in cle. j. in l. & j. s. respons. de præb. ¶ Ad primum, de eo, quod uenit ex mente legis, ut dicatur à lege prohibitum, addet text. in c. si postquam. ibi, sed etiam ex sui mente exigit. de elect. in Sexto. & text. in l. scire oportet. q. sed & si maxime. ibi, legis tamē latoris mens. ff. de excus. tuto. Quem allegat Ang. in conf. suo xxxij. & in l. cūm mulier. ff. soluto matri. & ibi bonus text. in uerb. ex mente legis, sumitur etiam in l. adigere. q. quamuis. ibi, intellegendum est de his legem sentire. ff. de pact. & in l. solis. ibi, satis tacitè cautu putamus. C. de reuoc. do. & in l. nominis & rei. ff. de uerb. significi. ibi, tam ex legum sententia, quam ex uerbis. & in l. scire leges. ff. de legibus. & in c. sedulò xxxvij. distinct. ibi, ita præponendas uerbis sententias ut præponitur anima corpori. ut in c. indulgentia de uerb. significa. ubi non sermoni res, sed rei sermo deseruit. Hoc dixit Imol. in c. cūm ecclesiastica. de except. q. rescripta sumit uires ex mente rescribentis. Et sequitur Bald. in l. scripta. in pen. col. C. si contra ius, uel uti. publ. & in l. j. ff. de consti. princ. Facit c. cūm adeo. & c. cūm dilecta. & c. si quando. de rescript. & c. j. ibi, cōcedentis intentione agnoscatur, de concess. præben. in vj. & c. humanae uires. ibi, non uerba, sed uoluntatem. xxij. q. ff. & c. cūm uoluntate. de sentent. ex com. Facit gloss. trita. & aurea in c. j. in uerb. Italiæ. de temp. ordi. in vj. dicens, quod ubi est eadem ratio, & penitus omnimoda similitudo, ibi præsumitur esse mens legis, nec uocatur extensio. Et latē re assumit ibi Domi. in ij. col. & alijs in locis, in quibus statuerat materia extensis, quia puto me dixisse in c. translato. de consti. ¶ Ad illud etiā, quod dicit Domi. quod ueniens à contrario sensu alicuius dispositionis, non dicitur iure expressum, adde text. in c. qualis. in uerbo, datur intelligi. xxv. distin. Per quem dicit ibi Domi. quod argumentum à contrario sensu, non est ex uerbis legis, sed est quidam tacitus intellectus, oriens ex quādam consequentia uerborum. Et ista potest esse una ratio, quare in statutis non habet, locum argumentum à contrario sensu: quia statuta debent intelligi propriè,

secundū eum. Cui in hoc ultimō adde Bart. in I. omnes populi. in i. quæ. ff. de iust. & iure. & Bald. in I. apud antiquos. C. de fūr. & in I. j. C. de inuti. stipul. Salic. & Fulgos. in I. conuenticulam. C. de episc. & clericis. & do. Ant. & alios in c. cūm Apostolica. de his, quæ fiunt à pral. & Bald. & Imol. in I. qui testamento. & mulier. ff. de testa. Et intellige, nisi statutum nihil operaretur, non arguendo à contrario: quia tunc poterit argui, secundum Bald. in I. obseruare. & proficiſci. in ij. q. ff. de offic. proconsul. Ideo statutum, quod non extantibus masculis feminis succedit, excludit à contrario feminas eis extantibus: quia alías nihil operaretur, secundum Bald. & Paul. de Castro in d. l. conuenticulam, & Pet. de Anch. in c. suscep- ptum. in ij. col. uerſ. & perifta, quæ dicta sunt. de reſcript. in vj. & I. latifſimē in I. si cum doṭem. ff. ſoluto matr. & do. Abb. in d. c. cūm Apostolica. & Paul. de Caſti in d. l. quæ in teſtamento. & mulier. & confiſ. cccxxxvij. incip. In Christi, &c. Primus caſus. in v. col. licet aliter dixerit Ludouic. in d. l. si cum doṭem. non respondens bene ad id, quod est dičium de ſuperfluitate ſtatuti. Nec obſtar, quod per ſubauditionem inducatur correc̄tio: quia nō dicitur iſta propriè ſubauditiō: & quia etiam à iure co- muni iſtud tolleratur, ut corrigitur alia lex per argumentum ſumptum à contrario ſenſu ab alia l. noua, quæ alías nihil operaretur, ut probat gloss. in I. nulla, niſi iuncto text. C. de episc. & cleri. quæ ita intelligit au- thent. diaconissa. eodem tit. & multūm not. Rapha. ibi, & in I. ut liberis. C. de colla. & Roma. in authent. ex iſto. C. eodem tit. & dixi in c. ſignificasti. de foro compe. Et iſtis adde Bald. in I. j. C. de cond. infer. ubi dixit proprie- gloss. pen. quod ſtante ſtatu, quod ſtata non reci- piant extraneum, uel ſubauditionem intellectum, non ar- guetur in eis à contrario ſenſu. Idem, ſi debent ſeruari ad literam, ut ſentit Bald. in I. j. uer. ſi autem uerba deſiderant. C. de pa. qui fi. diſtra. ¶ In quantum etiam dicebat Domi. quod non dicitur expreſsum in ſententiā id, quod ex mente comprehenditūr: & infert utiliter ad reſcripta: adde do. Alexand. de Imol. & Domi. in c. translato. de conſt. ubi ad hoc ponunt tria dicta ualde notanda, ſuper quibus multa reduci poſſunt: ſed omi- to: quia ibi poſui, ubi inuenies in contrarium alia di- cta cum quadam noua concordia. Sed ibi dictis adde do. Anton. conſilio lv. incip. Viſis literis legitimationis, ubi dixit, quod ſi gratia Papæ ſignatur hoc modo, Fiat, ut petitur: & in ſupplicatione petebatur, quod certa confeſſio, quæ debebat exprimi, haberetur expreſſa, certè ex tali ſignatura perinde eſt, ac ſi fuſſet expreſſa & ſpecificata. Poſteſt enim Papa ad ualiditatem actus à ſe- geſti. ſingere expreſsum, quod expreſsum non eſt. All- cag. c. j. de tranſact. & c. illa quotidiana. de elec. & clem. pastoralis. de re iudic. & c. ſi motu proprio. de prabēn. in vj. Et dicit ita ſe habere ſtylum curiæ: nam in conſi- mentibus apponuntur iſtæ clauſulae, uel ſimiles, uideſicet, Quorum tenorem uolumus haberi pro expre- ſiſ: nam id, ad quod fit relatio, perinde habetur, ac ſi expreſſum fore ſpecificè in ſcriptura, qua ad aliam re- fertur, l. ait prator. ſ. j. ff. de re iudic. ibi, accipiendo ſic eſt, quiaſi quantitatē nominauerint. & c. cūm uenera- biliſ. c. quia uero, cum ſim. de religio. do. Item ex quo uult haberi pro expreſſo, ſingit expreſſum, licet expreſſum non fuerit, cle. j. cum materia, de prob. Et hoc con- firmat per aliū ſtylum curiæ in appoſitione clauſulae, Non obſtantibus: quando dicit, Non obſtantibus pri- uilegijs, etiamſi eſſent talia, de quibus fieri deberet men- tio de uerbo ad uerbi: quia hæc generalia uerba equi- pollente expressioni de uerbo ad uerbum, ex quo hanc loco illius ſurrogat, ſecundum eum. De quo nunquam ſi obliſtis ad ſaluādum infinita reſcripta: quia ſi in eis eſt clauſula, Quod expriſimēda habeant pro expreſſiſ, multūm operabit. Et intelligerē ſane, niſi eſſem⁹ in illis caſibus,

casibus, in quib. s. p. dicit regulæ cæcellaria Apostoli ca, q. requiratur specialis mentio ad partem: quia tunc non putarem sufficere æquus pollitem: ex quo illud est induitum, ne Papa circumueniat. Ad quæ omnia uidetur etiam, quæ dixi in canonum illi. in princ. in f. fallen. regula, de rescript. AD D. I. Et addit. prædictis, quod hoc expectat ad solum principem, cælibet uelle, quod exprimentia habeantur pro expressis hoc unico uerbo, secundum Ang. in l. sed si quis. s. quæstum. ff. si quis causatio. Est tex. in l. omnes. C. de præsc. xxx. ann. ibi, tanquam per hanc l. specialiter, & nominatim fuissent enumeratae, quem ad hoc dicit ibi Angel. esse meliorem de corpore iuris. No. Bald. in tit. de pace Constan. in uerbo, li bellarium, alia est in uerbo, non obstante, & Angel. in l. diutius. s. cælib. ff. de iure codi. Et quod inferioribus non sufficiat dicere. Habeatur pro expresso id, quod lex iubet exprimi, not. etiam Angel. in d. s. quæstum. per illum text. in uerb. specialiter. & est text. in c. qui ad agendum. de procu. in v. Et istis addit. Angel. in l. iij. s. hac uerba. ff. de neg. gest. ubi dicit, quod licet de iure communia paria sint, quod aliquid sit expressum, uel debeat haberi pro expresso, tamen quia istud est ex interpretatione, ut ibi in glo. non habebit locum in statutis: ideo infert, quod stante statuto Florentia, quod per instrumentum guarentigie, in quo expressus est certus terminus, capi possit debitor ad uoluntatem creditoris, non uendicabit sibi locu. si terminus non est expressus, licet pro expresso debeat haberi. Et ita dicit se consuuisse de facto. Quilibet tenetur ad opera misericordie: gl. h. s. in uerbo, inferre. in f. Sed dicit Arch. post Hug. quod huiusmodi de præcepta de operibus misericordia sunt referenda ad articulos necessitatibus, & facultatem facienti: aliter non diceretur quis transgressor. Quod uerbum reputat hic notabilis do. Abb. inferens, duo requiri, ut opera misericordia sint necessitatibus, scilicet necessitas ex parte proximi, & facultas facienti ex parte alterius, quæ uideatur debere facere. Et ad dictum text. cum glo. notabilis in s. l. xxxvij. dist. ubi gl. dicit, quod ecclesia non tenetur prouidere illis, qui suis manibus uitium & vestitum quareant possunt: immo iustius tales corrupti, quam nutrit. Faciunt uerba c. pasce. lxxxvij. dist. ibi, fame morientem, per quæ uerba aliqui uoluerunt, quod tunc eleemosyna est in præcepto, quando tanquam est necessitas ex parte proximi, quod pertinet, nisi illi subueniretur ab abundante: quia si non abundat, prima caritas incipit à seipso, c. non satis. lxxxvij. dist. c. qui uult, de poenit. dist. iij. Et allegat hoc text. in c. sicut. xlviij. dist. Vbi gl. notabilis, in uer. eluientium concludit, q. licet pauper non habeat actionem contra diutinem, ut sibi subueniat, tamen potest illum ecclesia denunciare, & ecclesia potest illum cogere: quod singulariter non. secundum do. Abb. Addit. duas gl. similes illi: unam in c. domino sancto. in uerbo, necesse. in fine, l. dist. aliam in c. exigunt. in gl. penult. in f. i. q. vij. Et cum haec sententia concord. do. Abb. & Ioan. de Ana. in c. sed si quis per necessitatem, de fur. & lo. de Ana. in c. ad Apostoli cam. in princip. de simo. & do. Anton. & Imo. in c. j. de empt. & uen. & do. Ab. in c. at si clerici, s. de adulterijs. in xiiij. col. de iudi. & Ludo. Roma. in l. f. in princip. in vj. col. uersi. Ludo. ff. solu. matri. & do. lac. Zochus in c. inter opera. de sponsa. & Spec. in tit. de insitu. ed. s. n. n. f. aliquia. in xvij. col. uersi. sed an pauperes habent actiones. Et allegant omnes isti solum gl. in d. c. sicut. Adde etiam istis dictis omnino beatum Thom. secunda secundæ quæsti. xxxvij. artic. v. ubi disputans, quando eleemosyna sit de præcepto, adeo quod omittit eam, peccatum mortaliter in effectu, concludit eo modo, quo est dictum s. utrum ex parte dantis sit facultas, & ex parte recipientis necessitas talis, quod aliter sustentari non posset, ut ibi per eum. Quæ omnia limita notanter duobus modis. Primo, nisi apparerent signa futurae extre- mæ necessitatis: ut quia apparet pauper indigens cibo & potu, & alijs sunt pigræ, uel impotentes ad subueniendum: quia tunc, licet non sit adhuc in puncto extremo necessitatis: in præveniendum est per subuentiendum à diuine, non expectato illo extremo periclio, in quo tota fuituari non posset ille destitutus, fame uel sit cōsumptus. Ita limitat frater Nicolaus de Holmo in additionib. Summa Pisana, in uer. eleemosyna. el. i. in s. i. Secundò limita, nisi eleemosyna petatur non solum respectu extremae necessitatis potenter, sed etiam alterius necessitatis. Nam etiam in suis necessitatibus uellet quis sibi rationabiliter subueniri. Ergo etiam ipse, in quantum potest, debet alijs rationabiliter subuenire, per illud Matthæi viij. Omnia, quæ tunc q. uultis, ut faciant uobis homines, eadem faciat. &c. & loan. iij. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratre suum necessitatem habere, & clauserit uiscera sua ab eo, que modo Decharitas manet in illo. Et addit. Richar. de Mediavilla in iiiij. sententiarum, dist. xv. q. ii. art. ii. ubi dicit, q. præceptum de eleemosyna est affirmatum: & quatuor obligat ad semper, non tamen pro semper: sed pro loco & tempore consideranda est facultas habentis, & miseria indigentis, ut ibi latius per eum tractantem pulchra dubia de eleemosyna, de quibus etiam per beatum Tho. in d. dist. xxxvij. per totum, & in Summa Pisana loco præallegato.

